tuus est: ⁊ de nullo alio tūc loqui potuit: nisi de illo qd̄
prius dilexerat. Siquidē canes in vita sua multū dile-
xerat: ergo nec mirū ꝙ tūc de eis loquebat̄ ⁊ cogitauit:
q: mors quidā somn⁹ est de q̄ dictum ad malos in Ps.
lxxv. dormierūt somnū suū: ⁊ nihil inuenerūt ⁊c̄. dor-
miētes v̄o de re illa quā vigilātes multū diligūt ⁊ co-
gitāt: somniāt: ⁊ cū illa credūt se loq̄ sic incipiētes mo-
ri de re illa quā pri⁹ inordinate vel ordinate dilexerūt:
sile huic Nota. E. j. 7. Iste ḡ habuit tria v̄ba: nec tn̄
Exem̄ sufficiebāt. ¶ Idē ptȝ de quodā alio: q̄ vt fert̄: sic se ia-
ctare solebat huic ḡ moriēti ⁊ desperato: quidā religio-
sus: q̄ illud verbū ab ore suo pri⁹ audierat accessit: ⁊ cū
de v̄bo illo cōmemorauit: cui ille. Credit̄ ꝙ habeā dei
misericordiā ⁊ grām modo in bursa mea: ꝓ toto mūdo nō
possem modo dei misericordiam petere. Nec mirū: q: teste
btō Aug. hac animaduersiōe sepe pcutit̄ impius: vt
moriens obliuiscat̄ sui q̄ dum viueret oblitus est dei.

Patet ḡ ꝙ plus requirit̄ q̄ȝ hec tria verba vel loq̄ cum
sacerdote anteq̄ȝ moriat̄. Videlicet ꝙ habeat ꝯditiōes
p̄dictas. No. M. ix. 39. cū seq̄nē. Sed cogitet q̄libet i 10
corde: quō ille miser i medio inimicoꝝ posit⁹: q̄ videt
demones cū vncinis infernalib⁹ paratos ad rapiendū
aīam: q̄ ex alia pte videt amicos ⁊ executores: cū mani-
bus viscosis paratos ad aperiendū cistam ⁊ bursam ⁊
ad rapiendū bona exteriora: q̄ etiā tanta grauat̄ intus
et extra infirmitate: ꝙ vix quicq̄ȝ cogitare pōt nisi de
infirmitate: vix quicq̄ȝ loq̄: vl' mēbrum aliqd̄ mouere:
quō posset talis vt p̄dictū est: cū oībus illis ꝯditiōib⁹
ad deū se cōuertere? quō posset arbor q̄ se semꝑ ad aliā
partē inclinauit: q̄n sciendit̄ ad aliā partē: vicȝ ꝯtrā ca-
dere? Ideo pri⁹ via est p̄parāda: q: aliter tūc tarde pre-
parat̄. Ideo bene r̄ndit quidā religiosus bone memo- Exem̄
rie: morti appropinquās: cū āmoneret̄ ꝙ de deo ⁊ salu
te aīe cogitaret. R̄ndit: tot annis i ordie vixi: ⁊ nunq̄ȝ
videbant̄ mihi matutine nimis prolixe quantūcunq̄ȝ
essent cū nota sollēni modo v̄o tedet me audire officiū
sine nota: si ḡ prius nō cogitassem: mō tarde esset cogi-
tare: ante mortē ḡ ꝯfiteri: q: a mortuo quasi nihil perit
ꝯfessio ⁊c̄. Ecci. xvij. ¶ Istud etiā est optimū ꝯsilium
ꝙ sanus ⁊ viuus ꝯfitear̄: ⁊ vitā emēdet: ⁊ aliena resti-
tuat: q: si ad mortē expectet diabolus caute ista impe-
dit. ¶ Quia sicut astutus vsurari⁹ vel potens auarus: 11
habēs vicinū minus discretū et malū patrēfamilias:
cuius hereditatē cupit: vocat ad festa: ⁊ libēter eū reci-
pit: ⁊ mutuat ei paulatim: plus ⁊ plus: ⁊ nō statim de-
bitū repetit: ſȝ id crescere pmittit vsq̄ȝ sit in tali miseria
et paupertate ꝙ illud soluere nō possit: nisi hereditatē
vēdat: sic diabolus petōri diuersas mutuat delectatio-
nes: ⁊ facit ei amicabilē: vt hereditatē celestē cū faciat
amittere. Et ideo dum sanus ⁊ viuus est nō ostēdit ei
quō est ei obligat⁹: nec tūc cōputat: ſȝ expectat vsq̄ȝ lo-
quelā qua ꝯfitēdo se acquietare ⁊ saluare posset: amise-
rit: ⁊ tūc cū eo districte cōputat: ostēdendo ei quot dele-
ctationes ⁊ aliena bona: ⁊ pctā in vita sua ei mutuauit
Sicut patȝ. s. e. c. vj. Ideo cōiter tales visiones malis
moriētib⁹ nō ostendunt̄: anteq̄ȝ loquelā amiserint: ne
loquelā habētes diabolū accusarēt ⁊ ꝯfiterent̄: ⁊ alie-
na restituerent. ¶ Et in hoc casu se habet diabolus ad 12
modū falsoꝝ aliquoꝝ hoim: q̄bus q̄nq̄ȝ obligat̄ terra
vel manerium sub tali pacto: ꝙ nisi pecunia eis ad certū
diē soluat̄: terra cū eis semꝑ remaneat. Tales vt q̄nq̄ȝ
auditū est: ꝓ die illo se absc̄ōdūt: ⁊ inueniri nec videri
volūt ab illo: q̄ soluē parat⁹ est: vsq̄ȝ dies ille trāsierit:
et tūc se ōndūt ad alteri⁹ exheredatiōē. Sic sunt petō-
res obligati diabolo: ꝙ nisi se liberēt dū loquelā habēt
terrā viuētiū amittūt. Ipse v̄o subterfugit ⁊ se abscō-
dit: vsq̄ȝ loquela sit amissa: ⁊ tūc obligationē eis ōndit
et tūc sicut mut⁹ corā iudice ponit̄ ad pniam ⁊ carcerē
perpetuū: sic tales. In cui⁹ signū adduci pōt: ꝙ postq̄ȝ
ille miser Mat. xxij. obmutuit: adiudicat⁹ fuit ad tene-
bras ⁊ fletū ⁊ stridorē dētiū. ¶ Ostenso ḡ quō inimic⁹ 13
se hȝ erga maloꝝ deceptionē ad h̄ vt in desperationē
specialit̄ i trāsitu mortis inducat: nūc ōndere restat: quō
se habeat erga deceptionē bonoꝝ: q̄s aliq̄n̄ēs nitit̄ i de-
sperationē ponē p colorē nimie iusticie: sic patȝ. C. vij.
13. In mortis v̄o trāsitu p colorē nimie astucie. Sic pȝ Exem̄
de illo cui moriēti vt fert̄ q̄si sic apparuit i specie mlieris
portāns paruulū i brachijs: dicēs se esse scāȝ Mariā
cū filio suo: cui infirm⁹ hūilit̄ inclinās vt potuit roga-
uit: vt ꝓ eo filiū deꝓcaret̄: ꝙ cū illa q̄si genuflectēs cū
lachrymis vt ifirmo videbat̄: oraret. R̄ndit ille demō
in brachijs: nō habebit misericordiā nec in isto audiā te: ſȝ
ibit ad infernū: moriēs tn̄ se recogitans bonā vitā suā

pcedentē ⁊ diaboli astutiā: cum fiducia rñdit: nō
vadā ad infernū: sed vade tu cū matre tua: qꝛ melius
me viā scitis. Et sic eos fugauit. ¶ Quia vō voluerit
tales apparitiones fieri bonis siue malis moriētibꝰ ne
gare: videat quartū dialogoꝝ beati Gregorij: qui q̄si
totus est de talibus apparitionibꝰ. Videat etiā vitam
sctī Martini: cui morienti cruēta astitit bestia: videat
etiā qḋ legit̄ christo morienti in cruce affuit: de matre
etiā eius Maria legit̄: licet in apocrifo: q̄ orauit filiū
suū q̄ ab illoꝝ visione in mortis transitu eā pseruas
ret: quis ergo tutus ab illorum visione erit?

Arti.ij. ¶ Ex dictis in isto pmo articulo: ꝑ parte ptz secundū
vicz desperatiōis piculū partim vō patebit ex dicēdis.
14 Aliquotiēs enī cadit hō in desperationē: etiā ante infir
mitatē vel mortē: nimijs pctīs ⁊ melācolijs ⁊ inordi
natis timoribꝰ: ⁊ terroribꝰ aggrauatꝰ. Et talis est sicut
nauis sup mare sine ancora ⁊ gubernaculo: q̄ despera
ta oīno vēto exponit̄. Et sicut arbor sine radice: q omī
vento psternit̄: ⁊ sicut infirmꝰ a medicis desperatus:
cui oia q̄ appetit dant̄: Jta desperatꝰ omī vēto tentati
onis obedit. Et sicut q̄ nō habet timorē dei pre oculis:
nec celestis patrie amorē ad quā venire desperat: nec te
benne fugā: nihil qḋ placet dimittit: nisi vbi mūdi ti
mor obstat. Sicut ptz de illo q̄ in duodena hoīcz exhe
redauit: quē restituere nolentē papa diabolo cōmēda
uit: hic cū de curia romana sic dimissus rediret: dicere
solebat quasi sic: comedamꝰ ⁊ bibamus: qꝛ de inferno
postq̄ de hac vita trāsierimꝰ certi sumꝰ. Ecce infirmꝰ
desperatꝰ nihil sibi negauit: de q̄ delectabat̄. Ad istam
sic vident̄ loqui tales Hiere. xviij. q̄ dixerūt despera
uimus: post cogitationes nostras ibimus: ⁊ vnusq̄sq̄
prauitatē cordis sui mali faciemus. Inter omes ḡ pla
gas spūales. Jsta est ipsi plagato ⁊ infirmo piculosior
qꝛ ad mortē durās est pctīn in spm̄ sctm̄ qḋ nō remitte
tur hic neq̄ in futuro. Vñ Isidorus de sum. bo. li. ij.
Perpetrare flagitiū mors est anime: sed desperare: est
in infernum descendere.

Arti.iij. ¶ Huic ḡ pessime infirmitati sūma cū diligētia opor
tet remediū q̄rere. Diligēter vō quesitū dupliciter in
15 ueniri pōt. Vno modo q̄ moriens omīa bona q̄ fecit
quantū pōt: ad memoriā reducat: qꝛ fm btīn Grego.
xxij. moral'. sup illud Job. xxxj. Si letatus sum super
multis diuitijs meis: sicut sanus ⁊ fortis: nō debet ni
mis de bonis operibꝰ cogitare ne supbiat: sed de malis
suis vt humiliet̄: Jta moriēs omīa bona cogitare de
bet: ne desperet: bona enī opera spem generant: sicut pa
tet Esa. xxxviij. Vbi Ezechias rex de morte certificatꝰ:
ad refugiū fugit bonoꝝ operū dicens. Obsecro domi
ne: memēto quomō ambulauerim coram te in veritate
et corde pfecto: ⁊ qḋ bonū est ī oculis tuis: fecerim. Et
ponit exemplū beatus Gregoriꝰ. xxij. moral'. de Pau
lo: qui sanus dixit: non arbitror me apprehēdisse. Mo
riens dixit: bonū certamen certaui. Et sic pōt intelligi
illud. iij. Reg. xx. Non glorie accinctus dū bellū du
rat: sed discinctus post victoriā ad mercedē appropin
quans premiū recepturus. Tunc tū specialiter elemo
syna iuuat. Sicut ptz. E. iij. 25. Qui enī fecit multū ꝓ
vno dño ⁊ ꝓ suis: cum maiori spe curie sue appropin
quat. Sic in pposito. Spes aūt cor ꝯ inimici malicias
firmiter tenet: sicut ancora nauē ꝯ oēs tēpestates. Sic
ptz de sctō Martino q̄ in deo ⁊ bonis operibꝰ suis ꝯfi
Exem dens: diabolū sibi apparentē fortiter fugauit. ¶ Sicut
etiā patuit nup de quodā religioso bono ⁊ deuoto nup
moriēte: cui affuit sathanas: hic ḡ cū modicū pausans
suspiraret: q̄sierūt q̄ astabant q̄d haberet: quibꝰ ille rñdit.
Diabolus mihi apparuit dicēs: me nō esse de numero
saluandoꝝ. Cui ego rñdi: q̄ mentit̄: ⁊ sic eum fugaui.
Patet ḡ q̄ opa bona priꝰ facta in mortis piculo faciūt
morientē audacē ꝯ diabolū: nec tūc ab eo vincit̄: q̄ for
titer ⁊ finalit̄ prius eū vicerat. Qḋ figurat̄. j. Re. xvij.
Vbi ad Dauid dictū fuit: q̄ nō valuit pugnare cōtra
Goliam. At ille ī illo piculoso bello recordabat̄ q̄liter
prius fortiter leonē ⁊ vrsum vicerat: ⁊ ꝯfortabat̄ ⁊ au
dacter bellū illud ingressus est dicens. Dñs q̄ eripuit
me de ore leonis: ⁊ de manu vrsi ipse me liberabit. Sic
in pposito. Quātūcūq̄ pctōr dicat nō vales modo ꝯ
Goliā resistere: qꝛ recordat̄ se priꝰ leonē inferni vicisse
audax erit in bello in trāsitu mortis: sperans in eū qui
prius eū liberauit. Oēs ḡ isti ⁊ his siles dicē pñt: illud
Heb. vj. Cōfugimꝰ ad tenendā ppositā spem: q̄si an
corā. Nō. F. iiij. 32. Alio mō q̄nq̄ remediū inuenit̄ ꝑ
sapientē ꝯfessorē ⁊ ꝯsiliū: qꝛ sicut plaga vel infirmitas
aliq̄n medico minus discreto est incurabilis: q̄ discre
tiori est curabilis: Jta de infirmitate ista sic ptz de sctō
Eadmūdo. C. vj. 41. Et. M. xj. 138. Nō. T. j. 18.



Ecimarū. Primo ostēde D.iij.
tur causalitas. Scdō necessitas. Tertio quali
tas. Quarto quātitas. Quinto vtilitas. Sexto nō dā
tiū ingratitudo. Septimo periculū. Octauo excusatio
cum reprobatione. Nono aliquoꝝ recipientium deci
¶ Ad primū sic ꝓcedit̄: causa qua (mas puersitas. Arti.j.
re decime dant̄: triplex inuestigari pōt: vna ex pte dei:
cui talia debent̄ in recognitionē vniuersalis dominij.
Postq̄ enī oia fecerat de nihilo: ex sua magna curiali 1
tate ⁊ ecclie institutiōe: nouē ptes rerū creatarū nobis
ꝯcessit: ⁊ decimā sibi retinuit: sicut largus dñs q̄ mane
riū vel terrā ministro vl' amico suo dat: annuū tū red
ditū sibi reddi vel heredibꝰ suis de illa terra cōstituit.
Sic in pposito: ⁊ hoc est qḋ dī Leuit. vlti. Oēs decime
terre: siue de frugibꝰ: siue de pomis arboꝝ dñi sūt: ⁊ illi
sanctificant̄. Huic ꝯcordat Canon. xvj. q. j. dicēs. De
cime sunt tributa. ¶ Scda causa accipit̄ penes ecclīaz.
Rōnabile enī videt̄ q̄ illi det̄: a q̄ quicq̄d in re vel in
spe bonitatis habemꝰ vel hic speramꝰ: causaliter acci
pimꝰ: q̄d sumꝰ anteq̄ baptismū ī ecclīa recipimꝰ: nisi
dānatiōe digni: q̄d postea in vita: nisi alia sacramēta:
vel q̄d post mortē nisi sepulturā ī ea recipiamꝰ? Justū
est ḡ ecclīam iuuare: q̄ tot modis nos iuuat. ¶ Tertia
causa accipit̄ penes ecclie ministros. Rō enī dictat: q̄
qui inuigilāt circa salutē aīaꝝ ⁊ reipublice vtilitatē: q̄
habeāt vñ viuere possint: sic pz. ij. ij. q. lxxxviij. arti. j.
¶ Jste articulus infert scdm. Ex q̄ enī decima est red Arti.ij.
ditus seu homagiū deo debitū: sequit̄ necessario q̄ sol
uat̄: qꝛ sicut nō faciēs homagiū dño suo hereditate pri
uat̄: ⁊ nō reddēns redditū: aialia imparcant̄ ⁊ attaxā 2
tur: sic nō dās decimā: hereditatē pdit celestē: ⁊ si alibꝰ
¶ Ex pmo enī articulo nō so (eiꝰ mortalitas imitit̄. Arti.iij.
lū necessitas: ḡ etiā decimaꝝ sequit̄ q̄litas. Ex q̄ enī dat
nob bona: iniustū est ei peiora reddi: ad modū Cayn.
De melioribꝰ ḡ cū Abel: q̄tuz ad bona nāe fortune et
grē deo offeramꝰ: aliter maledictionē incurrimꝰ Ma
lach. j. Maledictꝰ inq̄t dolosus: q̄ habet in grege suo
masculū ⁊ feminā: ⁊ votū faciēs: imolat debile dño.
¶ Quātitas vō in parte patet auctoritate preallegata Arti.iiij.
Leui. vlti. Partim vō in alijs legibꝰ ecclīasticis ⁊ sum
mis. Jn quibus aperte ostendit̄ q̄ debēt dari de ligno
rum seu nemorum vēditione: de venatione: de pisca
tione. Addit etiam lex canonica. xvj. q. j. Decime: q̄
debent dari de militia. Glosa. licita de negociatione. 3
Glosa. dummodo licita sit negociatio. Et ab illo etiā
qui rem illicite acq̄siuit: fm glosaz possunt decime reci

pi: q2 inuenit in possessiõe: ⁊ decima sequit quemlibet
possessorē: sequit. De artificio. Glosa. de oibꝰ q̄ ex lu-
cratiua cā habent dabunt decime: vt de donatiõe ⁊ le-
gato ⁊ doctor de collecta sua. Et aduocatꝰ de pͥocinio
suo: ⁊ mercēnariꝰ. i. q̄ mercede pducit: de mercede sua
q2 scriptū est: honorabis dñm deū tuū de tuis iustis la
borib9: vt. j. q. j. nõ est putãda. Sed nõ q2 iste deducē-
re põt expēsas. Itē de herbis hortoꝝ: nutrimētis aīa-
liū: lana: lacte: lignis: feno: pēñonib9: molēdinis: bal-
neis: fullonijs: argētarijs: metallis: lapicidinis ⁊ de ce
teris bonis. Etiã de tpe ꝯfe. dis. v. q̄dragesima. Nõ
de h in summa ꝯfes. li. j. ti. xv. c. xix. Exẽplū Geñ. xiiij.
dedit ei decimas ex oib9 supple Abraã: Melchisedech
sacerdoti. Sic ptꝫ Heb. vij. Vbi dī: q2 decimas oīm
diuisit ei Abraã. Exẽplo etiã Thobie: de q̄ Tho. j. dī:
oēm decimationē dño fideliter offerēs. Exemplo etiã
pharisei Luce. xviij. Decimas do oīm q̄ possideo. Et
nõ solū predialiū: ſ etiã psonaliū: sicut ptꝫ Nee. x. qñ
inq2 leuite decimas accipiēt: ex oibus ciuitatib9 operū
nroꝝ. ¶ Si q̄ris vbi in sacra scriptura decima pͥcipit.
Vide. ij. Paral'. xxxj. vbi sic dī: pͥceperūt ppl'o habitã-
tiū in hierlm: vt darent partē sacerdotib9 ⁊ leuitis: vt
possent vacare legi dei: q̄ aūt fuerit illa pars: factū se-
quēs determinat: sequit. Oim que gignit humꝰ: deci-
mas dederūt. Et Malach. iij. Inferte inq2 oēm deci-
mationē in horreū meū. Et Mat. xxiij. Et Luc. xj. hec
oportet facere: illa aūt nõ omittere: dixit illis qui minu
ma decimabãt. Et Deutro. xij. Omia que precipio of-
fertis holocausta: hostias ⁊ decimas.

Arti. v. ¶ Ista vo decima in q̄litate ⁊ quãtitate vt pͥdictū est:
data: plus dãtib9 q̄ deo vel ipsis q̄b9 dant: pdest: tam
4 ad psperitatē pͥsentis seculi. s. in bonis nãe: fortune et
gr̄e: q̄ȝ futuri. s. glorie. i. ad sanitatē corpoꝝ: ad abūdan
tiã fructuū: ad remissionē pctoꝝ: ⁊ ad gloriã beatorū.
Vñ dñs Malach. iij. Inferte oēm decimã in horreū
meū vt sit cibꝰ in domo mea. Et pbate me dicit dñs.
Si nõ aperuero vob cataractas celi: ⁊ effudero vobis
bñdictionē vsq3 ad abundãtiã et increpabo p vob de-
uorantē: ⁊ nõ corrūpet fructū terre vr̄e: nec erit sterilis
vinea in agro dicit dñs: ⁊ beatos dicēt vos oēs gētes.
Ecce vtilitas dantiū decimas. Huic cõcordat Aug.
xvj. q. j. decime: dicēs. Decime sunt tributa aīarū egen
tiū: q2 si dederis decimã nõ solū abūdantiã fructuū re-
cipies: ſ et salutē aīe ⁊ corpis ꝯsequeris: nõ igit dñs
premiū postulat: ſ honorē: deꝰ eñ nr̄ q̄ dignatꝰ est no
bis totū dare sicut deci-tiã reinuit: nõ sibi ſ nobis sine
dubio profuturã: hec ille. ¶ Si g̃ pͥpter vtilitatē pͥpriã
spargūt hoies semina in terra sua: q̄ raro dat vel red-
dit in decuplū: ⁊ denarios suos mittūt vltra mare: ⁊ in
varijs mercatiõib9: vbi denarius raro redit decupla-
tus: quare fideliter nõ mittūt deo decimã partē bono-
rū: q̄ eis dat nouē partes cū bonis gr̄e ⁊ nature ⁊ glie.
habēdo respectū ad oīa ista: denarius p decima datus
nõ solū reddit decuplatus: ſ in infinitū duplicatus.

Arti. vj. ¶ Ex isto vltimo articulo infert sextus: vicȝ non deci-
mantiū ingratitudo. Ex quo eñ deꝰ tam largus est no
5 bis in pͥsenti: dãdo nobis tã magna: multa ⁊ delectabi
lia bona: ⁊ largior desiderat esse in futuro dãdo bona:
sempitēna ⁊ optia si voluerimꝰ: magna ingratitudo est
ei parua negare ⁊ nõ solū igratitudo: ſ qd̄ peiꝰ est pes-
simū latrociniū videt esse: ab eo furãdo partē suã. Si
amico dãti nouē denarios vel vlnas pãni: ille cui dat
decimã ptē quã solã sibi retinet furet: q̄s nõ diceret eū
ingratissimū furē: ita retinēs decias: ē fur dei. vñ Aug.
in decreto pͥallegato. Decime inq2 ex debito dant: ⁊ q̄
eas dare noluerit: res alienas inuadūt ⁊c̄. Nõ. f. iij. 13.

¶ Ex isto sequit septimꝰ articulus: q2 eñ ingratitudo Arti. vij.
et latrociniū ꝯ sanctã trinitatē exerceri nõ põt sine peri
culo. Idõ nõ decimãtes in triplex periculū ꝑpote qui ꝯ
trinitatē peccãt: incidere iustū est: vicȝ in piculū: q̄ ad
terrenã substantiã: q̄ ad pͥpriū subiectū: ⁊ q̄ ad dãnatio
nē eternã. ¶ Primū ptȝ p argumentū a ꝯtrario sensu: 6
sumptū ex pͥdictis verbis Malach. j. vbi pmittit abū
dantiã fructuū dantib9 decimas: g̃ nõ dãtes: habebūt
penuriã: hoc pbat historia ⁊ sacra scriptura. ¶ Primo Exm
historia de illo q̄ vt fert intrãs grangiã suã post autū-
nū ⁊ admirãs insoliti cumuli paruitatē: vidit diabolū
sedentē sup cumulū ⁊ intelligēs hoc esse pͥpter malam
decimationē: iussit totū iterū decimari: qd̄ cū factū fu-
isset: grangia repleta fuit de residuo: patȝ g̃ decimatio
dat abundantiã: nõ decimatio penuriã: huic cõcordat
illud Malach. iij. vbi deus tales repͥhendit dicēs. Si
inquit affiget hõ deū: sicut vos me ꝯfigitis: ⁊ dixistis
in q̄ cõfiximꝰ te. Et rñdit deus in decimis ⁊ pͥmicijs
Ideo penã adiūgit dicēs. In penuria vos maledicti
estis. vñ Hiero. ibidē in glosa: ⁊ ponit. xvj. q. j. reuer-
timini in terra: q2 inq2 mihi nõ reddidistis decimas ⁊
pͥmicias: idcirco in fame ⁊ penuria maledicti estis: et
p decimis ⁊ pͥmicijs q̄ parua erãt vt a vobis darent
vbertatē possessionū vestrarū ⁊ oēm frugū abundan-
tiã pdidistis: vt aūt sciatis me irascēte hoc esse pfectū:
q2 fraudastis me: pte mea: hortor vos vt inferatis deci-
mas in horrea mea: ⁊ p certissimo experimēto erit vo-
bis: qd̄ sequit ibi: ⁊ ponit. s. e. c. iiij. ¶ Ad idē Aug. in
sermone de decimis. Idõ maiores nostri copijs oibus
abundabãt: q2 deo decimã dabãt. Si vo nr̄i tpis ho-
mines frequēter spoliēt: ⁊ bona diuersis modis per-
dant ⁊ auferent: nõ mirent: quia cuilibet illoꝝ loquit
Aug. ⁊ hī. xvj. q. j. decime. Dabis inq2 impio militi:
qd̄ nõ vis dare sacerdoti: q2 qd̄ nõ accipit christus: ca-
pit fiscus. ¶ Scdõ ex mala decimatiõe sequit periculū 7
totꝰ subiecti: vicȝ corpis ⁊ aīe: qd̄ ptȝ p hoc qd̄ nup vt Exm
fertur: accidit de quodã malo decimatore: q̄ in grãgia
sua cū oib9 bladis suis simul collectis cõbustus fuit.
Et q2 de illo pctõ spãliter notatꝰ fuit: illi pctõ vindictã
imputabat: vt qui in bladoꝝ decimatione peccauerat:
bladis cõbureret: ⁊ sm mēsurã delicti: fieret ⁊ plaga-
rū modus Deutro. xxv. Et p ea p que peccauerat: pu-
niret Sapien. xj. A simili: q̄ oues vl' vitulos vl' q̄cūq3
alia nõ decimãt: hmõi iuste amittēt: sic si dño non de
redditꝰ vniꝰ agni sibi debiti. Iuste alios cape potest.
¶ Tercio ex mala decimatõe sequit pͥuatio pͥte celestē
et adeptio dãnatiõis eterne: ⁊ h iuste q̄dē: q2 homagiū 8
seu tributū p illa terra nõ reddit. Sic ptȝ. s. e. c. ij. Hec
aūt iusticia ostēsa fuit in iudicio: q2 q̄dã talis accepit a
deo: de q̄ fert: q2 cū esset potēs in vita sua ⁊ magnꝰ: q2
tñ decimas vt debuit non dedit: post mortē a q̄busdã
fidedignis viris visus est a demonib9 ad inferni loca
portari. Nota ad idē. A. ix. 7. Narratio de Augusti-
no angloꝝ epõ: quõ excõicatus pͥpt decimas de eccl'ia
post mortē visus est exire. Huic ꝯcordat dictū Augu-
stini ⁊ hī. xvj. q. j. decime: hec inq2 est dñi iustissima cõ-
suetudo: vt si tu illi decimas nõ dederis: tu ad decimas
reuocaris. i. sm glosam: tñ decima remanebit tibi: q̄a
demonib9 sociaberis: qui sunt decima pars angeloꝝ.
Male g̃ decimãtes: ⁊ tpaliter ⁊ eternaliter dãnificant:
et deū hic ⁊ in futuro eis durū iudicē ⁊ parcū faciūt re
tributorē: ⁊ iuste quidē talia recipiūt: qualia dant. Ex 9
quo sequit: q2 qui de peiorib9 decimat: vel elemosynas
dat parce ⁊ de peioribus: hic parce ⁊ in futuro recipiet
vt q̄ parce seminat: parce et metet. Qd̄ pulchre ostēsuȝ
est in malefacto cuiusdã viri ecclesiastici: cui quidã de

suis patrocbianis solito quasi sic vt ferẽ malã obtulit
Exem monetã: de q̃ cũ pluries eũ notasset semel denariũ ma-
lũ quẽ obtulit seorsum vsq̃ ad tp̃s q̃ cũ alijs ad cõio-
nẽ accessit: reseruauit: ⁊ cũ oculos sursũ leuaret: falsũ
denariũ i ore loco cõmuniõis posuit quẽ cũ in ore plu
ries vteret: ⁊ masticare nõ posset nec deglutire: nec eij-
cere auderet tristĩ ad sacerdotẽ venit: a q̃ req̃sit⁹ q̃d ha
beret? Rñdit: dñe deũ mihi dedisti: cui sacerdos: ma-
stica bñ. Rñdit: se nõ posse: vide inq̃t sacerdos: ne for
te vindicta sit: quã formam videt̃ i ore tuo hr̃e? q̃ rñdit
formã denarij. Cui ille: vide si aliq̃ mõ in tali materia
peccasti. Cui ille: cõfiteor q: malos denarios de cõsuetu-
dine offerre cõsueui: ⁊ restitutis oĩbꝫ. Illo denario a sa-
cerdote accepto: ⁊ seorsum reposito: eũ bene cõicauit.
Nũc in h̃ nõ laudo: q̃ malis medijs eũ ad iusticiã re-
duxit. Sꝫ placet malũ factũ ꝑ exẽplo ad ꝓpositũ q̃ du
ri, ⁊ parci duraꝫ ab eo recipiẽt mercedẽ: ⁊ seipos ⁊ non
deũ fraudant. Vñ Aug⁹. ⁊ hr̃. xvj. q. j. decime. Cũ in-
q̃t decimas dãdo ⁊ terrena ⁊ celestia possis p̃mia ꝓme
reri: q̃re ꝓ auaricia duplicẽ benedictionẽ fraudas.
Ar. viij. ¶ Sꝫ ne oĩbꝫ istis iudicijs ⁊ penis videant̃ succũbere:
inanit̃ se excusant q̃dã illoꝝ dicẽtes. Illi q̃ decimas re-
cipiũt: vel sunt male vite: vel nõ residẽt vel nõ faciunt
debitũ suũ erga parrachianos suos paupes ⁊ ideo mi
10 nus curamus: vel decimas eis dare: vel eas a furibꝫ ⁊
aialibꝫ custodire vel in vsibꝫ nr̃is expendere: q: pl⁹ eis
indigem⁹. Sed hec dicẽtes multipliciter errãt. ¶ Primo:
q: decime non dant̃ illis: ſꝫ deo: qđ ꝓ h̃ apte pꝫ: q: an-
teq̃ꝫ certi ministri deputati essent in dei ministeriũ: qui
dei. i. decimas loco dei: q̃si ei⁹ balliui reciperẽt voluit:
q̃ ꝑs ei⁹ ad ei⁹ laudẽ cõbureret̃ sic pꝫ d̃ Abel ⁊ Cayn
Sicut g̃ nõ cõsideras verũ minister dñi tui q̃ curiã ei⁹
tenet vel reddit⁹ ei⁹ colligit sit bon⁹ vel mal⁹: q: nõ ei
sicut dño tuo reddit⁹ soluis. In q̃ receptiõe ipe nõ est
nisi minister ad recipiendũ ⁊ expendendũ recepta f̃m
dñi sui volũtatẽ. Ita noli cõsiderare ministros ecclia-
sticos reddit⁹ dei recipiẽtes ad expẽdẽdũ ad ei⁹ hono-
rẽ ⁊ volũtatẽ vnã p̃tẽ in vsus ꝓprios. Aliã in paupes
ternã in fabricã ecclie: q̃rtã in paupes scolares deputã
11 do. ¶ Sed rñdebũt forte dicẽtes: si sic eas expẽderẽt li-
beter eas darem⁹: ſꝫ hec nõ faciũt: ſꝫ aliq̃ illoꝝ pessime
expẽdũt in vsibꝫ satĩ illicitis. Quid h̃ ad te? si videris
hereditatẽ vel terrã optimã quã posses cũ parua pecu
nia emẽ ⁊ dñs illi⁹ mitteret ad te vnũ q̃ ꝓ illa terra pe
cuniã a te reciperet: q̃d curares q̃d postea de illa pecunia
fieret: nisi tu haberes certitudinẽ in terra illa: nũ q̃d di
ceres: q̃ nolo illã emere q: pecunia male expẽdet̃? Ita
in ꝓposito: qui potes pro decima tibi cõparare oẽs il-
las vtilitates noĩatas. ꝭ. c. c. 4. Noli dimittere ne forte
male a recipiẽtibꝫ expẽdatur.
Ar. ix. ¶ Et licet petm̃ ꝓpli detrahẽtĩ p̃latis ⁊ sacerdotibꝫ su-
is magnũ sit siue sint mali siue non: tñ mali ab ista ma
12 gnitudine pctĩ immunes nõ sunt: vel qi mala eis dãt
exempla: vĩ q: de pctis suis vt debẽt nõ corripiũt. De
q̃bꝫ Crisostom⁹ sup illđ Matth. xxiij. Ve vobis scribe
⁊ pharisei: ypocrite: q̃ decimatĩ mentã ⁊ anetũ ⁊ cimi-
nũ ⁊ relinq̃tĩ q̃ grauiora sunt legĩ iudiciũ ⁊ miscđiam
⁊ fidẽ: excolãtes culicẽ: camelũ gluttiẽtes. Sacerdotes
inq̃t Crisostom⁹: auaricia pleni: si quis de ꝓplo deci-
mas nõ obtulisset: ita eũ corripiebãt: q̃si magnũ crimẽ
fecisset: q: decimas alicui⁹ rei vel minime non obtulis-
set: si q̃s aũt in populo peccabat: aut alterꝫ ledebat: aut
aliq̃d tale quid faciebat: nemo curabat eũ corripe: qua
si nullã culpã fecisset: qui in deũ peccabat: ⁊ de suo lu-
cro quidẽ sollicite agebãt. De glia aũt dei ⁊ salute ho-
minũ negligebãt. Ideo dicit ve vobis: q̃ decimas cui
minimaꝝ reꝝ exigitis a ꝓplo: ⁊ miscđiam ⁊ iusticiã nõ
facientes: populũ non ammonetis: liquãtes culicẽ: id
est a modico docent ꝓplm abstinere ⁊ camelũ degluti-
unt. i. maiora cõmittere ꝑmittunt. Hec ille.

Dedicationi et reconcilia-

tioni ecclie. Primo sunt ponẽda themata cõue- D. iiij.
nientia: Scđo vni⁹ thematis qđ videt̃ magis ad ꝓpo-
situ ad tẽpli dedicationẽ fiet ꝓsecutio. Ostẽdẽdo triuꝫ
temploꝝ dei in natura distinctionẽ: duoꝝ vo in viola
tiõe recõciliatiõe ⁊ dedicatiõe siltudinẽ. Tertio osten-
det̃ vtriusq̃ tẽpli dedicatiõis efficacia. Quarto quõ 1
vtrũq̃ tẽplũ post recõciliationẽ seu dedicationẽ vene
rari ornari ⁊ frequẽtari debeat. Quinto ostẽdit̃ q̃ vio-
lantes dedicationẽ seu reconciliationẽ spũalis templi
indigne occupant materiale in vita pariter ⁊ in morte
⁊ excludendi sunt a tertio.
¶ Pro primo scribit̃. j. Mach. iiij. Ascẽdam⁹ nũc mũ Ar. j.
dare sancta. Ibidẽ mũdauerũt sctã. Itẽ. j. Mach. xiij.
Mundauerũt arcẽ. Agat̃ dies dedicatiõis. j. Mach.
iiij. Item sanctificauit tabernaculũ suũ altissim⁹ in ps̃.
xlv. Itẽ introibo in locũ tabernaculi admirabilĩ vsq̃
ad domũ dei. In ps̃. xlj. Item corroborauit tẽplũ. Ec-
clesiastici. l. Itẽ sacerdotes ingressi sũt tẽplũ dñi vt san-
ctificarẽt illud. ij. Paralip. xx. Itẽ fecerũt dedicationẽ
dom⁹ dei in gaudio. j. Esdre. vj. Itẽ fecerũt dedicatio
nẽ in leticia ⁊ gratiarũ actiõe. Nee. xij. Via hec pollu-
ta est: sed hodie sanctificabit̃. j. Re. xxj. Nota sermonẽ
M. xij. 3. Itẽ Luce. xix. Hodie sal⁹ domui huic facta
est. Itẽ Apo. xv. Impletũ est templũ dei fumo a maie
state dei. In quo nota anthema: q: fum⁹ orõnem signi
ficat Apo. viij. Ascẽdit fum⁹ incensoꝝ: q̃ sunt orões
sanctoꝝ. Quia sicut incẽsum sup carbones frigidos nõ
facit fumũ ascẽdere: ſꝫ sup ignitos. Ita nec oratio: de q̃
in ps̃. cxl. Dirigat̃ oratio mea sicut incẽsum in cõspectu 2
de corde frigido: sed de calida ad deũ ascendit. Cãdela
vo fumigans sub cãdelo accẽsa directe ad accẽsam fu-
mũ mittens fumũ ad eã descendere facit quo accendit̃
sic oratio ad deũ de calido emissa: dicẽdo: accẽde lumẽ
cordibꝫ ⁊c̃. Quo igne dedicauerũt tẽpluꝫ. iij. Re. viij.
In quo duo relucẽt: loc⁹ salutis scꝫ templuꝫ. Et actus
virtutis: dedicauerũt. De primo in ps̃. xxviij. In tem-
plo ei⁹ oĩes dicent gliam.
¶ Nota q̃ rõne primi est sciẽdũ: q̃ de triplici tẽplo sa- Ar. ij.
cra scriptura mentionẽ facit scꝫ exterioris materie. In
terioris grẽ. Superioris glie. De primo. ij. Mach. xiiij.
Voluisti templũ habitatiõis tue fieri inter nos. De q̃
Marci. xj. Eiecit emẽtes ⁊ vendẽtes ⁊c̃. Secũdũ tem
plũ scꝫ grẽ. est aĩa cuiuscunq̃ fidelis. De quo. j. Cor.
iij. Templũ dei sanctũ est: qđ estĩ vos. Tertiũ est bea-
toꝝ: de q̃ in ps̃. x. Dñs in tẽplo suo dñs in celo. De istĩ
tribꝫ silĩ Iere. vij. Templũ dñi: templũ dñi: tẽplũ dñi
est. ¶ In his tribꝫ diuersitas magna est in natura: sicut
pꝫ: sed siltudo magna est in duobꝫ primis. In viola-
tiõe recõciliatiõe ⁊ dedicatiõe. Quia sicut templũ ma-
teriale multipliciter violat̃. Sicut vsus ostẽdũt sequẽ-
tes. Ignis adulteriuꝫ destructio mẽsa remota. Mors vsus.
dubiũ faciunt iterato templa sacrari: de cõse. dis. j. So-
lennitates. §. de eccliarum. ⁊. c. ecclie. Ita templũ gra-
tie scꝫ aĩa: igne supbie ⁊ detractiõis. Iste enĩ ignis est
fumosus: qui seipm̃ ⁊ alios deturpat. Quia sicut ignis
fumo plen⁹ in domo vbi sunt imagines pulchre illas
decolorãdo deturpat: ⁊ denigrat. Ita supbus ⁊ detra-
ctor. Superbũ enĩ ⁊ detractorẽ simul pono ⁊ copulo: 3
qi cõiter supbꝫ alijs detrahit in factis in q̃bꝫ solus vel
singulariter videri appetit: vel detrahẽtes libenter au-

dit vt sol⁹ appareat: vel saltē famosior: ꝛ ꝓpter h̄ vnā
partē statere depinxit vt sua exaltet. Sic mercator alio-
rū mercedes deprauat: vt suas exaltet ꝛ cari⁹ vendat:
quo detractionis fumo imagines pulchras vi͡z aiam
ꝓximi ꝑter intentionē ꝛ illoꝝ q̄bꝫ detrahit vel detrahē
tes cū gaudio audit: cū intentione deturpat ꝛ incendit.
Tales ergo optime compant̄ incēdēti tēplū Dyane. De q̄
scribit Hieronimus in epl'a ꝯ heluidiū hereticū. Iste
heretic⁹ spūaliter impegit in virginitatē sctē Marie: ꝯ
quē Hieronym⁹ epl'am pulcherrimā scribens in fine
assimilat eū incēdēti tēplū dyane: q̄ apud se cogitauit
quō potuit toto orbe famosum hr̄e nomē ꝛ nō inueni-
ens quō p̄ fas tale nomē ꝯseq̄ posset. Excogitauit tem
plū dyane int̄ saracenos famosissimū cōburere. De q̄
Actu. xix. Magne dyane tēplū i nihilū reputabit̄: vt
sic saltē p̄ nephas nomē suū diuulgaret qd̄ excogitatū
op̄e de nocte cōpleuit. Sed cū tanti sceleris auctorē ne
quaq̄ inuenire possent: in medio ꝓpulꝯ asserēs se h̄ fe-
cisse. Et cū cām facti ꝛ ostēsionis quererēt. R̄ndit: vt
famosus sim: mala morte mori volo. Hieronym⁹ hy-
storiā ducit ad ꝓpositū suū: dicēs ip̄m incēdisse heresi
sua tēplū dn̄i: sanctissimā scꝫ virginē Mariā. Et p̄ hoc
nomē totū orbē sibi acq̄siuit. Quia inq̄t: q̄s mō de hel
uidio loqueret̄: nisi tēplū dn̄i sctām Mariā incēdisset:
id est quātū in eo fuit diffamasset. Sic tales vt famosi
sint: alijs detrahūt vel alijs detrahētes ꝛ ip̄os cōmen
dātes libēter audiūt: ꝛ spūaliter mala morte moriunt̄:
q̄bꝫ dici deberet: incēdis templū dn̄i: h̄ etiā posset dici
oīm sollicitāti aliū ad pctm̄: qr dū circa hoc est: templū
dei destruere: ip̄mq̄ deū de tēplo eijcere nit̄. Sicut
ergo fugare vellēt illos q̄ domū exteriorē cōburere vellēt:
Ita tales ꝛc. Qui ergo tales audiūt: dicere deberent illud
Math. xxvij. Vach q̄ destruis tēplū dei: q̄ sic quātū
4 in te est: tēplū dei destruis ꝛ deturpas. ¶ Scd̄o sic tem
plū materiale adulterio. i. q̄cunq̄ luxuria violat̄. Ita
spūale scꝫ cor interi⁹ tanq̄ ecclia p̄ cogitationē: ꝛ corp⁹
exteri⁹ tanq̄ cimiteriū p̄ opationē: sic interi⁹ ꝛ exteri⁹
polluerūt tēplū dn̄i qd̄ scm̄ erat ꝛc. ij. Esdre. j. Sic ergo
illi q̄ grauiter peccāt q̄ de tēplo materiali faciunt lupa-
nar. Ita illi q̄ polluerūt tēplū scm̄ tuū. in ps̄. lxxviij.
Et ex h̄ sequit̄ tēpli interi⁹ scꝫ aie spūalis destructio p̄
pctm̄ ꝛ penā sequētē: ꝛ corpoꝝ occasio p̄ pugnas ꝛ ho-
micidia. Qd̄ figurat̄. ij. Mach. vj. Vbi legit̄ q̄ tēplū
erat plenū luxuria ꝛ cōmessatiōibꝫ ꝛ scortātiū cū mere
tricibꝫ. Et cito post sequit̄ ciuitatis ꝛ templi destructio.
Nota. M. xij. articulo. iij. de dedicatiōe. ¶ Tertio de-
structiōe: tēplū vel altare totalit̄ destructū ꝛ iterū reedi
5 ficatū: ꝯsecrari necē est. Extra de ꝯsecra. eccliaꝝ. Ad h̄.
Ita altare cordis ꝛ tēplū corpis destructa p̄ pctm̄ gu-
le: qd̄ quidā non solū aias sicut alia pctā sup̄bie ꝛ ire ꝛ
hmōi: sꝫ etiā sepi⁹ inter alia pctā etiā ip̄m aie tēplū vi͡z
corp⁹ destruit: sic patebit infra. c. de gula. Vn̄ enī gula
corp⁹ destruit qd̄ est q̄si mur⁹ aie. Princeps cocoꝝ de-
struit muros Hierl'm ꝛ tēplū. iiij. Re. xxv. Tēplū ad
solū dirutū. Naū. ij. ¶ Quarto i tēplo materiali si mē
sa altaris sit totalit̄ a loco suo mutata. i. lapidibꝫ q̄bus
cōpaginat̄. Iterū ꝯsecrandū est. Sic in tēplo spūali in
quo cor nr̄m altare est. Vn̄ Aug⁹. de ciui. dei li. x. c. 4.
Dei inq̄t tēpla sum⁹ singuli nos: qr singulos inhabi-
tare dignat̄: ei⁹ altare cor nr̄m est: ei sacrificam⁹ hostiā
6 hūilitatis ꝛ laudis in ara cordis igne feruide charita-
tis: cumq̄ suauissime adolem⁹ incensum cū pio amore
flagram⁹: sacerdos est chr̄s sacrificiū viri⁹: hec ille sen
tencialit̄. ¶ Hui⁹ aūt altaris lapis chr̄s est: quē repro
bauerūt edificātes: hic fact⁹ est in caput. In ps̄. cxvij.
Et alibi. j. Coꝝ. x. Petra erat chr̄s. Isto vo lapide p̄
peccatū qd̄cūq̄ a corde nostro amoto: iterū illd̄ ꝯfessio-
ne ꝯsecrari necē est vt de eis verificet̄ illd̄. ij. Mach. x.
Purgato tēplo aliud altare fecerūt. ¶ Quinto templū 7
materiale violat̄ morte vel sanguinis effusione: viola-
tū sic: recōciliari debet: vt extra de con. ec. si ecclia. Sic
tēplū spūale scꝫ aia: cōmittēs homicidiū spūale odiū.
Iuxta illud. j. Io. iij. Qui odit fratrem suū homicida
est. Si enī Dauid nō fuit dign⁹ edificare deo templū
materiale qr sanguinē humanū. j. Paralip. xxij. ꝛ. ij.
Re. vij. effuderit iuste: quō templū dei esse p̄nt homi-
cide corpales vel spūales iniusti? Et quō ascēdere cre-
dūt effusores spūales ad templū glie: qui templū h̄ dei
quātū in eis fuit violauerūt illd̄ volūtate vel facto de
struēdo. Ad templū glie nō rapient̄: nisi p̄us deo ꝛ illi
quē odio habēt recōcilient̄: sꝫ poti⁹ ad infernū disper-
gent̄: qr quicūq̄ templū dn̄i violauerit: disperdet illū
de⁹. j. Coꝝ. iij. ¶ Sexto tēplū dedicādū est rōe dubij: 8
sic spūale p̄ ꝯfessionē. sicut ptꝫ. C. vj. 48. De ista spūal'
tēpli multiplici violatiōe: nota plura. B. ij. 48. ¶ Et
non solū in violatiōe: sꝫ etiā in recōciliatiōe ꝯsecratiōe
ꝛ dedicatiōe debet esse similitudo inter templū materiale
ꝛ spūale. Et q̄tū ad materiā ꝛ modū: ꝛ q̄tū ad autori-
tatē. ¶ In reconciliatiōe tēpli materialis req̄rit̄ aqua
ꝛ oīones. In dedicatiōe vo ep̄s cū cruce foris ꝛ l'ras
imprimit: sic in ꝯsideratiōe pctōꝝ debet esse aq̄ lachry-
maꝝ de corde ꝯtrito: voces ꝛ clamores ꝯfessionis. Cō
fessor etiā durā penitentiā ei imponēdo: crucē peniten
tie cineribꝫ imp̄mit corpis.
¶ Scd̄o q̄tū ad autoritatē qr ep̄s habēs autoritatem Ar. iij.
debet ecclesiam dedicare absq̄ oīm pactione. j. q. j. Sta-
tuim⁹. Ep̄i etiā ecclias dedicaturi: grat' oblata recip̄e
p̄nt: nil aūt exigere. j. q. ij. placuit. Glosa: ꝑter ꝓcura-
tiōes. Ita recōciliatores tēpli spūalis ꝑ spūali dedica-
tiōe. i. ꝯfessione nihil exigere debēt nec in tali lucrū in-
tendere pecuniaꝝ: sꝫ aiaꝝ: q̄ sic dedicato: statim veniet
ad tēplū sanctū suū do. Mal'. iij. ¶ Et non solū ex vio
latiōe ꝛ recōciliatiōe seu dedicatiōe tēpli material' ostē 9
dit̄ violatio ꝛ recōciliatio tēpli spūalis. Sed etiā ex ef-
ficacia ꝛ virtuoso effectu q̄ sequit̄ ex dedicatiōe templi
materialis ostēdit̄ q̄lis effectus spūalē ꝯsequet̄ dedica
tionē. ¶ Effect⁹ nanq̄ ꝯsecratiōis tēpli materialis est
fuga demonū de loco illo: sic ptꝫ p̄ hoc qd̄ scribit btūs Exm̄
Gregori⁹. iij. dialogoꝝ: qn̄ cū quedā ecclia infecta he-
resi arriana dedicaret̄: vt ad visū christianoꝝ appareret̄:
ꝛ cultū dei diabolus in forma porci inter hoim pedes
exire visus est manifeste: ostendēs q̄ illo die domui illi
salus a deo facta fuit. Luce. xix. Et oīm rōni ꝯsonū est
q̄ loc⁹ dedicat⁹: nec a diabolo nec a ministris ei⁹ occu- Exm̄
pet̄. ¶ Idē effect⁹ ostendit̄ p̄ h̄ qd̄ legit̄ q̄ qn̄ pātheon
qd̄ erat rome templū oīm falsoꝝ deoꝝ ꝯsecrabatur in
honore beate Marie ꝛ oīm martyꝝ demones fugien-
tes pinnaculū templi secū portabāt ad locū vbi nūc ia-
cet ante ecclesiam sancti Petri apl'i. Et templū qd̄ pau-
lo ante timore ac tumultu erat plenū: Apparēti omni-
potēti dn̄o gaudio ꝛ leticia impletū est. ij. Mach. iij.
¶ In oībus his exemplis nihil aliud ostendit̄: nisi q̄
exemplo demone ꝛ opibꝫ eius p̄ dedicationē spūalem:
domū tuā dn̄e decet sanctitudo in ps̄. xcij. Et sicut dia-
bolū sic expulsum reuocant ad tēplū materiale q̄ san-
ctitatē dom⁹ dei detractionibꝫ ꝛ vanis garrulatiōibꝫ
ꝯfundūt. ¶ Sicut ptꝫ de sctō de quo fert̄: q̄ vidit dia- Exm̄
bolū scribentē vba duaꝝ mulieꝝ in ecclia colloquen-
tiū: sic etiā ad templū spūale: nec miꝝ qr sicut oīa vba
oīonis ꝛ vtilitatis in ecclia dicta in libro vite scribunt̄
vt inde remunerent̄. Sic oīa vba mala vana ꝛ ociosa
in loco sctō dicta: in libro mortis scribunt̄: vt inde pu-

niant. Et q: posuerūt idolū in tēplo dñi.iiij. Re.xxj.
Nec mirent̄ de h̄ qui de omi ꝟbo ocioso etiā in loco nō
10 sctō dicto: reddent rōnem christo teste. Tāta est etiam
istiꝰ dedicatiōis efficacia ⁊ virtꝰ ꝙ nō soluz demones
vt dictū est fugat: vez etiā vsus ꝓphanos de loco sctō
excludit: ꝙ pz ꝑ hoc qḋ scribit btūs Gregoriꝰ li. dya-
Exm̄ logoꝝ. Nā cū qdā posuisset cistaz cum grano in ecclia
q̄dā sup tumbā equicij viri dei: subito sine oīni hūano
adiutorio dei virtute deiecta est a deo: q̄ in h̄ ope osten
dere voluit ꝙ loca deo dedicata in ꝓphanis vel secula
ribꝫ officijs occupari nō deberēt. Sicut nec calices nec
corpalia: sic nec etiā palle altaris vela cortine: nec etiaz
vasa lignea ecclie in vsus seculares expēdi debēt in co
quina vel vineis pastinādis. Probant̄ hec oīa de con.
di. stin. j. c. ligna: ⁊ c. altaris. Multū ꝯ hoc facere vidē
tur qui in ecclia merces ponūt: ⁊ brasium siccant: ⁊ ci-
stis ⁊ hmōi replent: qḋ nō decet: nisi tpe guerre mari-
me: quia chr̄s cōtrariū docuit facto ⁊ exemplo. Facto.
Ubi eiecit vendētes ⁊ ementes de templo. Marci. xj.
Quasi volens locū sibi dedicatū a secularibꝫ p̄seruaꝛ
re occupationibꝫ.
Ar.iiij. ¶ Idem docuit ibidē dicēs: domꝰ mea domꝰ orōnis
vocabit̄. ¶ Nec sufficit ꝙ locus deo dedicet̄ vel recon
11 cilief nisi etiā postmoduz ornet̄ veneret̄ ⁊ frequentet̄.
Ornet̄ dico ornamētis ⁊ libris ⁊ luminaribꝫ: veneret̄
⁊ frequentet̄ hoīm inibi honesta ꝯuersatiōe. Hoc enī
ratio dictat ꝙ si in p̄sentia regis terreni anglie vl' fran-
cie vel pape hoīes honeste ⁊ silenter se haberēt: non lo
quētes nec opantes q̄ eis displicere crederēt: q̄nto ma-
gis in p̄sentia regꝭ eterni: q̄ sub sacramēti specie vbiqꝫ
in ecclesijs ad nr̄am vtilitatē vult reseruari: ⁊ ꝓpē no-
strā necessitatē p̄sens esse dignat̄: ꝓpter etiā sanctoꝝ re
liquias oīs sanctitas ibi ostendi debet: ⁊ non solū san-
ctitas ibi ostēdi. Sed etiā locus frequētandus est. In
ecclīs enī est domꝰ ⁊ mensa ꝓ aīe refectione ordinata.
Qui ḡ omī die semel ⁊ aliquotiens bis vel ter locū fre
quentant vbi reficit̄ corpus: ⁊ intuī corpis refectioni
q̄n famelici sūt intēdūt: ꝙ nō vacat eis circa vana gar
rulare: vnde ⁊ dicūt non vacat mihi mō de talibꝫ con
ferre. Quāto fortiori rōne si iusticiā dei ⁊ aīe salutē esu
rirēt ⁊ sitirēt vt deberēt: locū aīe reficiēdi deputatū sepi
us frequētarēt: nec euz circa impertinētes locutiōes vel
effectꝰ vel opatiōes occuparēt: faciendo domū dei spe
luncā latronū ⁊ domū negociatiōis.
Ar.v. ¶ Et q: culpa violantiū tēplū dei spūale vel nō hono
rantiū materiale vt deberēt: non debet inulta trāsire.
12 In h̄ vltimo articulo ostendē restat quō oēs tales pu-
nit: ⁊ talem ostēdit punitionē. ¶ Pena ḡ taliū pz pri-
mo ꝑ h̄ qḋ scribit btūs Gregoriꝰ. iiij. dyalogoꝝ: de q̄-
Exm̄ dā viro lubrico cui nomē erat Ualerianꝰ. Hūc mor-
tuū eṗs loci p̄cio accepto i ecclia sctī Faustini martyrī
posuit: martyr vō nocte q̄dam ecclie custodi p̄cepit ꝙ
eṗo diceret: ꝙ illas fetidas carnes de ecclia sua eijceret
Custos vō eṗo nūciare timuit. Eṗs vō. xxx. die inopi
nato morit̄: hic pensari pōt: q̄z indigne locū sctm̄ occu-
pauit: ꝓ quo etiā q̄ eū ibi posuit: tā subita morte ꝑcus-
13 sus est: nec est dubiū q̄n a templo glīe eum deꝰ expule-
Exm̄ rit: quē ꝓ materiali tēplo reputauit indignū. ¶ Idem
scribit̄ eodē libro de quodā alio lubrico cui nomē erat
Ualentinꝰ in ecclia sepulto: quē custos ecclie nocte q̄
dā vidit a duobꝫ teterrimis ꝑ pedes de ecclia extrahi:
in cuiꝰ rei testimoniū ꝙ visio vana nō fuerit in crasti-
no sepulchrū eiꝰ vacuū inuentū fuit. Pz ḡ ꝙ illis tm̄
ꝓdest in locis dei ⁊ sctōꝝ sepeliri post mortē: q̄ apud
Exm̄ deū ⁊ sctōs illud meruerūt dū vixerūt. ¶ Idē in codez
libro scribit de q̄dā alio in loco sctō sepulto: de cuiꝰ tū-
ba ignis visibiliter ascēdēs: totā sepulchri terrā silꝰ cūz
corpe combussit: ⁊ clamor in igne audiebat̄. Ardeo: ar
deo. Pensandū est in q̄t: btūs Gregoriꝰ in q̄ pena aīa
tunc erat: ex q̄ corpꝰ sic ardebat: non debēt talia loca ꝓ
corpoꝝ sepultura desiderare q̄ sic vixerunt: ꝙ dū viue
rent ea nō meruerūt: ꝙ tn̄ si peterēt: a fideli viro nega-
ri deberēt. ¶ Sed heu pecunia obediūt oīa. Unī fabu
le h̄ñt ꝙ quidā asinū sibi fideliē ⁊ vtiliter seruientē in Fabula
cimiterio sepeliuit: ⁊ a iudice ecclīastico ꝓ facto citatꝰ:
dixit iudici ꝙ asinꝰ ei tres marcas legauit q̄bꝫ acceptꝭ:
asinū in loco sctō dimisit. Istud nō adduco ꝓ veritate
hystoriali q̄nā nō credo verā: sꝫ ꝓ tanto valet ad ꝓpo-
sitū: q: multi ꝓ pecunijs acceptꝭ vel sperarꝭ: indignio
res asinis in loco sctō sepeliūt. Et tales dū latrones ⁊
vsurarios ⁊ tyrānos in ecclijs sepeliunt. Ad lrām eam 14
faciūt speluncā latronū. Quō se excusare poterūt: ꝙ nō
sint corā deo magꝭ culpabiles: q̄z si ecclīam locarēt ꝓ
eq̄s ⁊ bobꝫ stabiliēdis: cū peior sit spelūca latronū: q̄z
stabulū equoꝝ. Saraceni vitupant̄ quia capta roma
ecclīam sctī Petri stabulū fecerūt equoꝝ: ꝓpter ꝯsilēm
cām vitupat ⁊ penā sustinuit Pompeiꝰ: sicꝰ pz. B. xj.
46. Chr̄iani vō pessimos petōres ⁊ ab ecclīastica sepul
tura manifeste interdictos: in ecclīa sepeliūt: q̄s dicaz
peiores: Illos q̄ nunq̄z fidē ecclie nec ecclīastica rece-
perūt sacramēta: nec ecclie emolimēta: q̄ nec decretales
vel ecclīastica legerūt statuta: in q̄bꝫ ꝓhibent̄ loca san-
cta deturpare: ⁊ p̄cipiunt̄ ecclīam honorare: vel chr̄ia-
nos q̄ oēs ꝯdinōes habēt ꝯrias: q̄ apte audierūt decre 15
talē vbi moriētes vel letaliē in torneamētis vulnerati:
ꝓhibent̄ ecclīastica sepultura sepeliri. Sicꝰ pz extra li.
v. ti. xiiij. de torneamētꝭ. c. j. Frequēter de morte tali au-
diūt. Ubi tn̄ aliq̄s talꝰ ecclīastica caruit sepultura iau-
ditū est. Saraceni nūq̄z legerunt decretalē: q̄ ꝓhibuit
equos in ecclīa ponere: ⁊ bis h̄ fecerūt. Et chr̄iani lege
rūt q̄ tales ꝓhibet in ecclīa poni: ⁊ frequētꝰ faciūt con
trariuz: q̄s culpabiliores iudicabis. Opinio dei videt̄
esse: ꝙ isti sūt grauiꝰ puniēdi: q̄ ait Luce. xij. Nā seruꝰ
q̄ scit volūtatē dñi sui ⁊ nō facꝭ: plagis vapulabit mul
tis. Tales ḡ q̄ sic tēplū spūale. i. aīam ꝓpriā ꝯ ecclie sta
tuta faciēdo ⁊ tēplū materiale vt dictū est deturpāt: tā
q̄z ligna distorta ⁊ lapides falsi ꝓ tanto ope sunt a tem
plo glīe excludēdi: qḋ arguit̄ ꝑ h̄ qḋ scribit̄ in vitaspa.
q̄si sic de quodā rapto in extasi cui inter multa miracu Exm̄
la ostēsum fuit ꝙ sacrista domꝰ fuit in piculo amitten
di lumē in alio seculo: q: lumē qḋ ardere debuit de no
cte i ecclīa sancti Petri: extinxit. Si iste deh̄onestās tē-
plū materiale pctō omissionis: qui non accēdit lumina
ria carere debuit lumine q̄nto magꝭ p̄dicti q̄ grauiꝰ eā
deturpāt: introibunt in ꝓgenies patrū suoꝝ ⁊ vsqꝫ in
eternū nō videbūt lumē in ps. xlviij. Quia ad templū
honorꝭ n̄ trāsibit nisi ꝑ tēplū vtutꝭ. No. M. xj. 142.

Electationū. Primo ostē D.v.
dit̄ in bonitate ⁊ malicia diuersitas. Scḋo bo
noꝝ maioritas. Tertio congruitas. Quarto vtilitas.
Quinto maloꝝ deceptibilitas.
¶ Ad primū sic ꝓcedit̄: hō ad eternas delitias creatꝰ: Ar.j.
sine delicijs esse nō pōt: sm̄ vō ꝙ est creatꝰ ex diuersis
naturis: vicꝫ corpali ⁊ spūali: ad diuersas inclinat̄ ⁊ de 1
siderat delectatiōes: cōplementū vō istoꝝ desideriorū
est ex predominio: q: illi in q̄bꝫ p̄dominat̄ natura ani-
malis ⁊ carnalꝭ: diuersas nitunt̄ assequi delectationes
sm̄ carnē q̄rū aliq̄ in honoribꝫ delectant̄ Sap. vj. De
lectationē inceptari. Alij in diuitijs. Alij in gula. Esa.
lv. Delectabit̄ in crassitudine aīa vr̄a. In q̄ vō dñat̄
natura spūalis: in his q̄ dei ⁊ aīe sunt delectat̄. In pre-

ceptis in ꝯsilijs ⁊ scripturꝭ diuinis. Iste sunt ei⁹ diui-
ne: ideo ad illuz q̄ in alijs diuinijs inordinate delectat:
dicere pōt illō ps̄. cxviij. In via testimonioꝝ tuoꝝ scʒ dei:
delectat⁹ sum: supple sic tu in oībꝫ diuitijs. ¶ Illi dele-
ctant in taberna circa ventrē. Isti in eccl'ia circa mētē
reficiēdā vbis dei ⁊ sacramētꝭ. In ps̄. lxvij. Iusti epu-
lent ⁊ exultēt in cōspectu dei: ⁊ delectent in leticia ⁊ sic
de alijs. Illi delectant in ira ⁊ vindicta ⁊ hmōi. Isti in
remittēdo. In ps̄. xxxiij. Aia mea exultabit in deuz: ⁊
delectabit in salutari suo.
Ar. ij. ¶ Bonoꝝ vo delectatio est maior: qd̄ ꝓpēdit ex tribꝫ
eius ꝯditionibꝫ: vicz ex ei⁹ natura: qꝛ spūale in natura
2 meli⁹ est corꝑali. Scd̄o ex ei⁹ puritate. Cū eni deus sit
fons oīs delectatiōis. Ecclastici. j. Fons sapientie
vbū dei in excelsis: q̄ delectant in eo sunt sic sitibundi
ꝑegrini: q̄ delectant in potu fontꝭ. Fatu⁹ eni viator in
ueniēs riuulū deturpatū ⁊ infectū ⁊ calefactū a sole ex
eo bibēs: infirmitatē vel qn̄qꝫ mortē incurrit. Sapiēs
vo riuuluz sequit vsqꝫ ad fontem ꝑueniat. Eccl'i. xxv.
Viator sitiēs ad fontē: sic stulti in supradictis delecta-
tionibꝫ carnalibꝫ q̄si in riuulis infectis se introxicāt: ⁊
corꝑaliter ⁊ spūalit: sicꝫ mulier d̄ q̄ Gen̄. iij. Vidit mu
lier q̄ bonū esset lignū ad vescendū: aspectuqꝫ delecta-
bile: comedit: ⁊ sequebat tā mors corꝑalis q̄ spūalis.
¶ Bon⁹ vo ꝑ riuulos istos ad fontē ascendit: dum ꝑ
istas delectatiōes q̄ malis ꝯcedunt in carcere: q̄ etiaz ⁊
si bonis in licitꝭ qn̄qꝫ ꝯcedant: nō est tamē nisi sicꝫ da-
tio reliq̄aꝝ extra portā: intelligit maiores esse in aula: q̄
amicis suis reseruauit: easqꝫ diligēter q̄rit: dicēs illud.
ps̄. ciij. Ego vo delectabor in dn̄o: de ceteris oībꝫ q̄si d̄
riuulis infectiuis de q̄bꝫ bibē vel me sanare nolui: re-
nuit ꝯsolari aia mea: memor fui dei: q̄si fontꝭ puri: in q̄
secure me satiare potui. Iuxᵗ illō ps̄. xvj. Satiabor cuz
3 apparuerit: ⁊ delectat⁹ suz. Nō. G. j. 2. ¶ Tertio ex ꝑ-
petuitate. Maloꝝ eni delectatiōes nō sunt ꝑpetue: nec
sꝑ delectāt: ʒ dū fiūt: ⁊ postea cruciāt in cōsciētia: ⁊ qd̄
peius est: ad penā ducunt eternā: sicꝫ ptʒ ꝑ delectationē
q̄ est in crapula: solū delectat dū est in oꝑe: postea vo ⁊
corp⁹ ⁊ aiam cruciat Apo. x. Erat in ore meo tāq̄ mel
dulce. Et cū deuorassem eū: amaricat⁹ est vēter meus.
Et sic de oībꝫ delitijs corꝑalibꝫ vt cōiter anq̄ habeant
multū desiderant: habite vo vel cito effugīut: vꝰ fasti-
diūt. Vn̄ btūs Gregori⁹ in q̄daz Homelꝭ. Corꝑales
delitie cū nō habent: graue desideriū accendūt habite
vo in fastidiū vertunt. At ꝯ spūales delitie cū nō ha-
bent: in fastidio sunt. Cū vo habent: in desiderio sūt:
in illis ḡ saturitas fastidiū: in istis saturitas appetituz
parit. Et ponat q̄ aliq̄ sine fastidio vel pena sꝑ in tota
vita sua in talibꝫ delectent. In fine tn̄ videbūt q̄ nihil
fuit in q̄ delectabant. Vn̄ Crisostom⁹ de reparatiōe la-
psi cētū si placet annos dem⁹ delitijs: adde ⁊ alios cen
tū sillibꝫ: adde ⁊ decies centū: q̄ erit in hīs ad eternitatē
cōpēsatio: nonne tp̄s vite hui⁹ q̄ delitijs frui videmur
⁊ indulgē libidini: q̄si vni⁹ noctꝭ somniū est ad eterni-
4 tatis comparationē? ¶ Ad idē btūs Gregori⁹ sup illud
Iob. xx. Laus impioꝝ breuis si in q̄t ab initio mundi
vsqꝫ ad h tp̄s in q̄ sum⁹ mētꝭ oculos ducim⁹: oīe qd̄
finiri potuit q̄ breue fuerit: videm⁹. Ponam⁹ eni quē
libet hoiem a p̄mo die mūdi vsqꝫ ad diē hodiernū vi-
tā ducē. Hodie tn̄ eandē vitā quā longā ducere vide-
bat finit. Ecce finis adest: p̄terita iā nulla sunt qꝛ cun
cta trāsierūt: futuꝝ in h mūdo nihil restat: qꝛ nullū ad
vitā vel breuissimū restat momētū. Vbi ḡ est lōgum
tp̄s: q̄ inter initiū finēqꝫ depꝛhensum ita ꝯsideratū: ac
si nec breue nunq̄ fuisset. Impij itaqꝫ vitā p̄sentē dili-
gētes longā estimāt: dū assequunt: ʒ breuē intelligūt:

dū amittūt. In fine q̄ppe eis ostendit q̄ nil fuerit: qd̄
amauerūt: q̄rū leticia seu delectatio trāsit: ⁊ pena ꝑma
net. Et dū res amittit: cura durat: de q̄bꝫ Sap̄. iij. Dū
lōge vite fuerint: in nihilū cōputabunt: q̄d eis mō ꝓ-
sunt p̄terite delectatiōes vꝰ diuitie? ptʒ. D. j. 5. Libēt⁹
eni mō haberēt paruā penarū mitigationē: q̄ʒ oīa que
prius habuerūt: quid ḡ eis ꝓsunt p̄terita bona que ha
buerūt? Aut sanctis quid nocēt p̄terita mala que susti
nuerūt? Nota de ista materia. B. iij. 7. ⁊. M. xj. 90. ⁊
P. viij. 25. Vide autoritatē Ieronymi. ¶ Delectatio
vo que in deo est: hic incipit quasi imꝑfecte. ⁊ in celo ꝑ-
ficit. siue sit dilectio siue delectatio q̄ in deo fuit que est
hois ꝓpter deū: d̄ vtroqꝫ in ps̄. xv. Delectatiōes in de-
xtera tua vsqꝫ in finē. Patet ḡ q̄ oīs alia delectatio de-
ficit in vespe mortis. In dn̄o vo ⁊ ea que dei sunt: ve-
spere delectaberꝭ: in ps̄. lxiij. i. in fine vite. Nota tn̄ cām
triplicem q̄re aliq̄ in deo non delectant. E. vj. 20.
¶ Ex quo ḡ delectationes spūales sunt hoīs inq̄ātū Ar. iij.
homo qꝛ hō est aial rōnale: ⁊ ꝑ rōnalitatē ab alijs ani-
malibꝫ distinguit: magis ꝯgruū videt q̄ in hīs q̄ sm
suā naturā ꝓpriā ꝯueniūt delectet: q̄ʒ i alijs in q̄bꝫ etiā
bruta delectant: ne sue nature dignitatē i brutalibꝫ de- 5
lectationibꝫ vilipēdere videat: nec ꝯgruū videt vt ca-
ro que est vilior ꝑs in cōpositiōe nr̄a in hīs gaudeat: q̄
parte nobiliori ꝯtrariant: nō eni est grata vel bona an
cilla: q̄ cantat ⁊ tripudiat vel ludit: ꝑ quē ludū dn̄am
suā ad fletū ꝓuocat. Talis eni nō est lud⁹ bn̄ partie⁹:
ne ḡ delecteris in semitis impioꝝ Prouer. iiij.
¶ Et nō solū ꝓpter ꝯgruitatē: ʒ etiā ꝓpt ꝓpriā vtilitatē Ar. iiij.
delectatio in spūalibꝫ appetēda est: qꝛ est falsa ⁊ ꝯdimē
tū qd̄ oīa oꝑa quātūcunqꝫ grauia alleuiat. Et ignis q̄ 6
oīa sacrificia bonoꝝ oꝑeꝝ corā deo ascēdere facit: qꝛ q̄
inuit⁹ ⁊ sine delectatiōe oꝑat: opus de genere bonoꝝ ī
deo odorē suauē incēsoꝝ suoꝝ ascēdere nō facit: qꝛ de
igne spūalis delectatiōis non accendunt. Sed qn̄ tali
igne inflāmant: ⁊ deo placent: ⁊ illō qd̄ ab eo petit ob-
tinet. Iuxta illō ps̄. xxxvj. Delectare in dn̄o: ⁊ dabit ti-
bi pe. c. t. ¶ Ignē aūt istū accēdere debēt illa que nota-
tur. A. xvj. 9. ⁊. A. xx. 7. Et que notabunt infra de di
lectiōe. ¶ Cogitatio etiā laboꝝ cḃri delectabiles facere
deberet labores nr̄os. Consideratio etiā beneficioꝝ tum
dei: quasi ligna sicca ignē istū nutrire debet. Quelibet
eni cogitatio talis est quasi lignū igni appositū: quō scʒ
de nihilo ipm̄ creauit: non arborē vel lapidē vel aial
aliud ꝑditū etiā redemit: sacramēta dedit cū multꝭ bo
nis nature fortūe ⁊ grē. Alia etiā specialia cuilibet ostē
dit: que in multis alijs nō repериet. In amicitia ḡ ali⁹
delectatio bona. Sap̄. viij. ¶ In his puteis plagaꝝ et 7
beneficioꝝ dei hauserūt aliq̄ patres aquā deuotiōis ⁊
delectatiōis in oībꝫ oꝑibꝫ penitētie: ⁊ spūalibꝫ ⁊ corꝑa
libꝫ affectionibꝫ. Sʒ hen puteos quos fecit Abraā: pa
lestini humo impleuerūt Gen̄. xxvj. Dum deuotionē
plagaꝝ cḃri ⁊ antiquoꝝ patrū deuotoꝝ: terrena ⁊ car-
nalis modernoꝝ occupatio a cordibꝫ fideliū excludit.
Quia cū in terrenis corda occupant putei implent: ne
delectatio in hīs que dei sunt intret. Et dū vasa cordis
corꝑalibꝫ delectationibꝫ replent: ꝓ spūalibꝫ recipiēdis
inhabilia reddunt. Qd̄ significatuz est ꝑ hoc q̄ fert q̄ Exē
cuidā sctō viro ostēsum fuit beatā virginē Mariā q̄s-
dā religiosos in eccl'ia matutinas dicētes circuire: ⁊ si-
gillatim cuilibet delectabile offerre electuariū: vno ex-
cepto cui⁹ causam cū ille cui visio ostēdebat quereret:
respōsum fuit: ꝯfero ministris meis q̄ in seruicio meo
delectant: grām delectatiōis maioris: ʒ illū solū p̄trā-
seo: qui alijs delectat. Patet ḡ q̄ vas plenū vno liquo
re: alio impleri nō pōt nisi pri⁹ ab alio euacuetur. Ita

nec coꝛ plenū delectationibꝰ inoꝛdinatis. Illis vo cru
ciatis: ꝛ coꝛde spūalibꝰ delectanōibꝰ impleto: maioꝛē
Exēꝫ inueniūt delectationē: q̄ꝫ pus in alijs habuerant. Sic
ptꝫ de quodā viro potēte q̄ nunq̄ delicatā ꝛ honoꝛabilē
duxit vitā: ad tantā mutauit austeritatē: ꝙ per plures
annos ante moꝛtē suā pane ꝛ aqua ꝯtentꝰ: hilarē satis
ostendit vultū hoc amicis suis ꝗrentibꝰ quō sibi esset:
ꝛ quō vitā tā austerā ducere sciret? Rndit: ꝙ nūq̄ꝫ me
lius sibi fuit: ꝙ etiā maioꝛē delectanonē habuit tūc in
pane ꝛ aqua: q̄ꝫ nunq̄ꝫ habuerat in alijs delitijs. Esa.
lj. Ponet desertū eiꝰ q̄si delitias: ꝛ solitudinē eiꝰ quasi
hoꝛtū dn̄i: inuenieꝫ in ea vox laudis ꝛ gr̄arūactio.
Ar.v. ¶ Tales ḡ delectanōes sunt appetēde: q̄ sic aīam refici
unt: ita male sunt fugiēde: que hoīem decipiūt: sicut cibꝰ
8 sup hamū decipit piscē Apo. xviij. Quantū in delitijs
fuit: tantū date ei toꝛmentū. Ex q̄ ptꝫ ꝙ sicut cibꝰ sup ha
mū piscē ducit ad moꝛtē. Ita delectanōes inoꝛdinate.
cient. de q̃bꝫ ꝑdixit Ps̃.xxx. dicẽs. Erubescãt impij: ꝛ
deducant in infernũ.

Arti.iij. ¶ In q̃ notat tertiũ: de erubescẽtia penali. Illa eñ eru
5 bescẽtia erit eis penalis qñ oĩbꝫ bonis spoliatis: nudi
corã oĩbꝫ et turpes apparebũt: ad modũ corui de q̃. A.
xij. 36. qñ eñ aliq̃s cũ diligẽtia nitit aliq̃d querere: et
tãq̨ optimũ deligere ꝛ eligere: ꝛ in fine malũ: ꝛ ei no-
ciuũ inuenit: vl' oĩno nõ inuenit: cũ cordis pena eru
bescit. Ita q̃ eligũt ꝛ q̃rũt aurũ scz et argentũ: cãpos et
hortos tanq̨ optima: qñ verificabit de illis illud Ps̃.
lxxv. nihil inuenerũt supple ĩ morte: scz ad coꝝ solaciũ
sz penã erubescũt cũ cordis dolore. De q̃bꝫ ꝓphetauit
Esa.j. dicẽs. Erubescetꝭ sup hortis: q̃s elegeratꝭ: q̃bꝫ
ad coꝝ pene augmẽtum tunc improperari potest tam
in curia celesti q̃z infernali illud Ro. vj. quem fructũ
6 habuistis in illis in quibus nunc erubescatis? ¶ Sed
heu ad talem miseriam Christiana venit religio: ꝙ

ei⁹ seruiciū cui seruire regnare est quasi oēs erubescūt
Ipse eni dicit opa q̄ ego facio scʒ humilitatis: laboris:
et bonitatis sermonis: ipse faciet Joan. xiiij. Sed tamē
plus erubescūt boni vexillū Christi: q̄ꝫ mali vexillum
diaboli ꝛ plus veritatē dicere et verba ptinētia ad ho
norem dei: q̄ꝫ ipsi falsitatē ꝛ verba allectiua ad malū.
Cuius causam assignat veritas Joan. xij. Dilexerūt
gloriā hominū magis: q̄ꝫ dei. Et nō solū sic et seruire
erubescūt: sed qđ peiꝰ est: fugiētes crudeliter psequunť
inimici: ꝙ qui nō vult in cōspiratiōibꝰ duodenis detra
ctionibꝰ et piurijs eis cōformari: sicut vulpes venanť
Et sic qui recessit a malo: prede patuit. Esa. lix. eiqꝫ in
sidiať. Ita ꝙ christiane viuere opprobriū hoim est et
abiectio plebis. Sed opprobriū ꝛ blasphemias non
metuatis. Sicut eni vestimentū: sic comedet eos ver
mis ꝛc. Esa. lj. Ergo sicut docet prima petri. iiij. chri
stianus non erubescat.

E vj Eucharistie sacramentum
est spūale cōuiuiū in quo dať omne bonū: de
quo diciť Exo. xxxiij. Ostendā tibi omne. Circa quod
primo ondere restat quō deꝰ in isto spūali puiuio isto
omi bono pauit nos mirabilr. Scđo potēter. Tertio
veraciter. Quarto reuerenter. Quinto vtiliter. Sexto
delectabiliter. Septimo rōnabiliter. Octauo ꝙ digna
pparatio huiꝰ susceptionē pcedere debet. Nono nō se
pparantiū ingratitudo. Decimo rusticitas. Undecio
periculū. Duodecimo periculū nō suscipiētiū ad mi
nus infra annū. Tredecimo quō susceptꝰ custodiri de
beat. Decimoquarto themata inserēda sunt ad mate
Arti. j. riā de q̄ agiť couenientia. ¶ Primo eni pauit nos mi
rabiliter: ppter multa mirabilia q̄ circa hoc cōcurrunt
1 sacramentū: q̄ tn̄ quātū sunt extranea: incredibilia vel
mirabilia nō credētibꝰ tn̄ sunt cōgrua et rationabilia
recte credētibꝰ ꝛ sacramēti ratione cōsiderātibꝰ. Primo
eni infidelibꝰ mirabile videť: quō natura panis ꝛ vini
pōt cōuerti in carnē ꝛ sanguinē Christi p verba a sa
cerdote dicta. Sed hoc eis mirabile esse nō deberet: si
alia nō solū dei sed etiā inferioris nature opa cōsidera
rent: virtute eni solis et planetarū ꝛ elemētoꝝ: natura
humorū q̄ est circa vinearū radices cōuertiť in vinū:
et virtute nature humane: panis ꝛ potus conuertiť in
naturā carnis et sanguinis humani. Qui ergo ista vi
dent ꝛ cōcedūt: quare etiā a fortiori rōne nō fatenť: ꝙ
virtute potētie ipsiꝰ dei infinite: natura panis et vini
cōuerti possit in naturā christi? Ex quo eni virtutē infe
riorē et finitā hāc mutationē facere posse cōcedūt p po
tentiā naturalē quā deꝰ eis dedit: necessario seq̄ videť
qđ cōcedāt ꝙ deus virtute infinita: naturas mutare
possit: qui non tn̄ alijs dedit potētie quin plus sibi re
seruauit. Illa ģ mutatio nō fit virtute sacerdotis: sed
virtute verboꝝ dei: qui teste Ps. xxxij. Dixit et facta
sunt. Qui ergo verbo suo oīa fecit de nihilo: pōt etiam
verbo suo vnā mutare naturā in aliā: dicēdo / hoc est
2 corpus meū Math. xxvj. ¶ Secūdo mirabile videť
infidelibꝰ: quō hoc sacrm̄ ab omnibꝰ sine sui diminu
tione sumi pōt: ꝛ ex ista rudi ꝛ inepta cōsideratiōe de
cepti: intantū errāt infideles: ꝙ blasphemādo dicunt:
ꝙ si deꝰ christianoꝝ fuisset ita magnꝰ sicut maximus
mons: diu totaliter eū comedissent: sed ceci sunt: sue in
fidelitatis malicia excecati: nescientes vel intelligere po
tius nolētes: ꝙ hoc sacramentū deꝰ est. Et deus spūs
est: et spūs est deꝰ Joan. iiij. Spūs aūt vel res spūalis
nō est minor in se nec i singulis participātibꝰ: ꝙ a plu
ribus pcipiť: sicut patet de sapiētia / sciētia / lectione / p
dicatione / odore / voce / et hmōi q̄ nō sunt i se peiores
nec minores: ꝙ a multis recipiunť. Hoc etiā patet i re
magis corporali: sicut de sole: qui sine sui diminutione
ab oībꝰ pcipiť. Et de candela: cuiꝰ lumē nō minuiť ex
hoc: ꝙ multe candele de illa lumen recipiūt. Hoc etiā
inuenimꝰ in veteri testamēto: ꝙ ipsi iudei nobiscū reci
piūt: qđ videlicet Helias ppheta ꝛ vidua ꝛ filiꝰ eius
comederūt multꝭ diebꝰ de pugillo farine ꝛ lechito olei
sine eoꝝ diminutiōe. Sicut patz. iij. Re. xvij. Idē etiā
legiť in nouo testamēto. Math. xiiij. et. xv. et Mar. vj
et Luce. ix. et Joan. vj. ꝙ videlicet circa quinqꝫ milia
hoim comederūt de paucis panibꝰ et piscibꝰ: sine illoꝝ
diminutiōe: quia plus fuit de residuo: q̄ꝫ primo appo
sitū. Insani: nōne credūt deū tāte esse bonitatis ꝛ vir
tutis et potētie modo: quāte fuit tūc? Aut ꝙ deꝰ q̄ cu
ram habet de suoꝝ fideliū salute: nolit tn̄ ondere mi
raculū p tota sua ecclia: ecclesieqꝫ sacramēto ꝛ vita spi
rituali oim bonoꝝ christianoꝝ: quātū ondit p vidua:
et vita eiꝰ et eiꝰ filio in pugillo farine. Qui ģ cōcedunt
illos illis videlicet pugillo ꝛ oleo vsos fuisse: illaqꝫ in
eoꝝ mutasse naturā sine illoꝝ diminutiōe: cōcedāt no
biscū ꝙ nos vti possumꝰ deo qui est potētior et copio
sior illo pugillo illū nō mutādo in naturā nostrā sine
sui diminutiōe. Si eni cōcedūt ꝙ illud cōsumiť: mu
tať: ꝛ in aliud cōuertiť sine sui diminutione: a fortiori
rōne cōcedere deberēt ꝙ istud sacrm̄ qđ nō cōsumiť:
nec in aliud mutať: ipso teste Malach. iij. Ego inquit
dñs et nō mutor. Et Augustinꝰ in li. cōfes. sumentem
corpꝰ Christi: in psona dei alloquiť / dicēs: non tu me
mutabis in te sicť cibū carnis tui: ʒ tu mutaberis i me.
¶ Tertio admiranť quō vnū ꝛ idem sacramentū esse 3
posset in oibus mūdi ecclesijs ꝛ altaribꝰ simul ꝛ semel
quō etiā idē esse posset: ꝙ a pncipio ecclie christianoꝝ
vsqꝫ ad diē istū cōtinue sumiť. Et ex ista infideli cogi
tatione inteni errāt: ꝙ dicūt nos plures adorare deos:
nō reputātes possibile ꝙ idē totiēs ꝛ in tot locis reci
pi possit. Istorū vo infidelitas cōuinciť tam exēplis
q̄ scripturis: quas ipsi nobiscū recipiūt. Istud eni sa
cramētū deꝰ est: deꝰ vo est maioris potētie et i pluribꝰ
locis ꝛ tpibus idem: q̄ꝫ quecūqꝫ creatura. Si ģ vna et
eadē creatura videlicet sol vnꝰ et idē: fit modo q̄ fuit a
principio mūdi: ꝛ simul et semel p totū mundū in ocu
lis receptꝰ videntiū et semp ad nostrā vtilitatē cōmu
nicatus et datꝰ. Et vna ptās i duobꝰ iudicibꝰ. Et vna
sententia in duobꝰ libris. Et vna vox pconis vel pdica
toris in auribꝰ pluriū. Et vnꝰ sonꝰ cāpane p totā ciui
tatē sub diuersis tectis ꝛ receptaculis. Quid mirū est
ꝙ deꝰ cuiꝰ magnitudinis nō est finis. In ps. cxliiij. fit
et fuerit ab ecclie sue exordio: verꝰ sol iusticie ad suoꝝ
illuminationē: idē sub diuersis hostijs i pluribꝰ locis
et tpibꝰ: idem in celo ꝛ in terra in carnis specie: quā de
virgine sumpsit: et in panis specie in qua se nobis con
tulit vnꝰ et idē in hostia ꝛ calice sub specie vini. Aliter
tn̄: q̄a in hostia est corpꝰ Christi sacramētalr p cōuer
sionē: sanguis p cōcomitātiā: aīa p cōiūctionē: deitas
p vnionē: tota trinitas p idēptitatē. Nota. M. iij. 14.
¶ Sub specie vo vini est sanguis sacramētalr p cōuer
sionē: caro p cōcomitātiā. Aīa p cōiūctionē: deitas p
vnionē: tota trinitas p idēptitatē. Ratio pdictoꝝ est
q̄a nō pōt esse caro viua sine sanguie ꝛ aīa: nec sanguis
viuꝰ sine carne ꝛ aīa. Deitas vo carnē ꝛ sanguinē: q̄
simul assumpsit: nūqꝫ dimisit. ¶ Sic ģ cognitio ꝛ sa
piētia doctoris: mediāte voce sensibili fit cognitio mul
torū auditoꝝ: nō minus tam apud magistrū: q̄ꝫ apud
discipulos manēs. Ita pris sapiētia increata: mediāte
carne sensibili facta est sapiētia multoꝝ: eadē manens
apđ patrē: et i carne sensibili: et i mētibꝰ fideliū. Et sicť

verbū mētale scripto vel voce sensibili multis locis et
cordib⁹ cōicat̄: ibusq; multarū efficit̄ aiaꝝ: testimo-
nio verbi incarnati Math.iiij. Nō inquit ī solo pane
viuit hō: ſ; in omī vbo ⁊c. Sic vbū pius. de q̄ Joā. j.
In p̄ncipio erat vbū: mediāte carne sensibili q̄ā vbū
caro factū est. Joan. j. Et mediāte pane visibili sub q̄
q̄tidie sumit̄: fit cibꝰ mētoꝝ. Ipso teste Joā. vj. Caro
inquit mea vere est cibꝰ: totiq; mūdo quantū in eo est
cōicat̄ et dat̄. Et ī omībꝰ ecclesijs idē est qui colit̄, ado
rat̄ et sumit̄. Nec mirū ꝙ in omībus est ecclesijs: qui
vbiq; est: ipso teste qui ait. Hiere. xxiij. Celū et terrā
ego impleo. Et Esa. vlti. Celū mihi sedes est; et terra
scabellū pedū meoꝝ. De quo etiā ꝓpheta dicit in Ps.
cxxxviij. Si ascēdero in celū: tu illic es si descēdero ad
infernū ades. In infernū ḡ viuētes descēdāt: qui deū
ibi esse cōcedūt: ⁊ in sacramēto ecclīe eum esse negant.
4 ¶ Quarto mirantur quō ille de q̄ dicit Psal. cxliiij. ꝙ
est magnꝰ dn̄s cuiꝰ magnitudinis nō est finis: potest
sub parua panis cōtineri portione: quibꝰ r̄ndet̄ ꝙ ille
qui sub hostia ꝯtinet̄: q̄tū ad suā deitatē sp̄ūs est: q̄tū
vō ad suā humanitatē hō glorificatꝰ est. In q̄tū vō
sp̄ūs est: vbi vult spirat. Joan. iij. siue in paruo siue in
magno loco. In q̄tū vō gloriosus est: morat̄ ⁊ est ⁊ ha
bitat vbi vult: ⁊ sicut ei placet: siue sub maiore siue mi
nore panis specie. Ille ḡ qui sepulchro clauso surrexit:
et ianuis clausis intrauit: nō occupādo locū: sic verbū
eius ⁊ intrat cor dicētis ⁊ audiētis: pōt etiā paruū occu
pare hostie locū: q2 in sacramēto pacis factꝰ est locꝰ eiꝰ
Illa ḡ gl'ia in se infinita nūc apparet in hostia christia-
nis: q̄ aliq̄ñ apparuit ī nube Judeis. Apparuit inquit
gloria dn̄i ī nube. Exod. xvj. Stulti enī sunt q̄ estimāt
eū hīe in nube vel in aiabꝰ suis imūdis: ⁊ eundē ha
5 bitare ī hostijs mūdis negāt. ¶ Quinto mirant̄: quō
post cōuersionē panis in corpus Christi: cū nō rema-
neat ibi natura panis ſ; deꝰ: quō remanēt ibi sapor et
color panis. Ex his enī in tm̄ decipiunt̄: ꝙ nihil aliud
credēt ibi esse: nisi panē: quē color ille rep̄sentat Quibꝰ
r̄ndet̄ ꝙ sicut color parietis remanet in veste: ⁊ odor
pomi et speciminum in manu post pomi amotionē: et
absq; pariete. Ita in hoc sacramēto remanēt sapor et
color panis: absq; natura panis. Et sicut aīa pulchra
q̄nq; sub turpi abscōdit̄ corpore. Et corpus pulchrū
sub exili habitu: ⁊ potētia ⁊ virtus lapidis p̄ciosi q̄nq;
sub simplici colore: Et aurū et lapides p̄ciosi sub vili
capsa: ⁊ sanctissimū dei tabernaculū sub sagis de pilis
caprarū. Exod. xxxvj. Sic in hoc sacramēto dei virtꝰ
sapientia ⁊ fortitudo abscondit̄ sub specie paneitatis.
Ibi enī abscōdita est fortitudo eiꝰ. Abacuch. iij. quā
abscōsionē ꝓpheta uit Esa. dicēs: vere tu es deꝰ abscō-
ditus. Esa. xlv. Qui ḡ nobiscū concedūt ꝙ in tot rebꝰ
p̄dictis nobilior sit natura et virtꝰ cōtenta: q̄ color cō-
tinēs p̄tēdat: vbi nō est maxima de abscōsiōe vtilitas:
quare idē nobiscū nō cōcedūt: in hoc benedicto ac scō
ecclīe sacramēto: vbi maxima est abscōsiōis vtilitas:
sic patebit infra. ē. c. ar. vij. Et q̄ deū in ꝓphetis et scri-
pturis suis abscōditū p̄dicāt: nisi necessariorē et vti-
liorē modū abscōsiōis allegare sciuerint hūc abscōsio-
nis modū nobiscū cōcedāt. Intelligētes q̄ sit dispēsa-
tio sacramēti abscōditi: a seculis in deo. Ephe. iij. Sed
heu erat verbū istud abscōditū ab eis: ⁊ nō intellige-
6 bāt. Luce. xviij. ¶ Sexto mirant̄ si verū sit ꝙ sit deꝰ
et hō gloriosus qui sub panis specie cōtinet̄: quō fran
git̄ cū manibꝰ: masticat̄ cū dētibꝰ. Quibꝰ r̄ndet̄ ꝙ sic
cōtentū sub panis specie oculis corporeis minime vi-
det̄. Ita nec manibꝰ aut dentibꝰ frāgit̄ vel laceratur.
Quia sicut visus et tactꝰ Isaac defecerūt in cognitiōe
Jacob. Gen̄. xxvij. nō aūt auditꝰ: ꝙ patet ꝑ hoc ꝙ ait
vox quidē vox Jacob ⁊c. Ita in isto venerabili sacra-
mēto ceteris sensibꝰ deficiētibꝰ: auditꝰ nō deficit. Ille
videlicet de q̄ Ro. x. Auditꝰ aūt ꝑ verbū dn̄i: fidelis
enī ⁊ Christi cognitio ex tali auditu causata: ōndit ꝙ
sicut corpore humano minutim in paruas pecias fru-
cto: ⁊ a bestijs cōsumpto et comesto: nō partit̄ ī pecias
aīa ī illo corpore cōtenta. Sed tota integra etiā post
corporis cōsumptionē manet: ita cōfracta ⁊ cōsumpta
illa hostia: deꝰ manet integer q̄ sub hostia cōtinebat̄.
¶ Et sicut fracto speculo in plures partes non frāgit̄
faciei similitudo q̄ in eo relucet: ſ; in qualibet particula in
tegra ōndit̄. Sic fracta hostia dei filiꝰ patris sui similitu
do nō frāgit̄: sed integer manet sub q̄libet panis par-
ticula: vt sic de hac hostia verificet̄: ꝙ de huiꝰ hostie fi
gura p̄ceptū fuit. Exo. xij. Nec os illiꝰ confringetis.
¶ Septimo mirant̄: cum sit tam potēs deꝰ ꝙ possit se 7
ab inimicis suis custodire: quare voluit q̄nq; a Juda
et a iudeis capi ⁊ occidi? quare vult etiā modo ab ini-
micis suis petōribꝰ sumi? Et hoc errore decepti quidā
blasphemātes: dixerūt eū nō esse deū: quidā vō eū deū
fatētes: dixerūt ꝙ statim q̄ñ labijs tāgitur peccatoris:
auolat Christꝰ: ⁊ remanet panis. Quibꝰ r̄ndet̄: ꝙ sic
ita verus agnꝰ est qui deuorat̄ a lupo: sicut q̄ comedit̄
a ꝓpheta. Et ita verū aurū et argentū recipit̄ in bursa
pessimi vsurarij vel furis: sicut boni christiani: hec enī
suas nō mutāt naturas ꝓpter recipiētiū malicias. Est
tn̄ in cista mali ad suū suspendiū et damnationē: sed in
arca boni ad auxiliū tp̄e necessitatis. Ita in ꝓposito: ita
verū sacramentū recipit iudas: sicut Petrus; ⁊ recipit
nūc pessimꝰ: sicut optimus licet ad aliū ⁊ aliū effectū:
sicut infra patebit. Non enī ꝓpter malos suam mutat
naturā: ille apud quē nō est transmutatio. Ja. j. Nec
mirū debet esse ꝙ vult a malis christianis sumi q̄ vo-
luit a perfidis iudeis capi ⁊ occidi ⁊ crucifigi: ad cru-
cifigentiū vtilitatē quātū in eo fuit. Sic dn̄s a malis
sumit̄: vt eos ad bonū reuocet: ad eoꝝ quātū in eo est
sumit̄ vtilitatē. Magna enī rōne deberēt a dei inimi-
citia cessare: q̄ñ cogitarēt: q̄ pius et benignꝰ est ꝙ non
obstante ꝙ inimici eius sint: se tn̄ eis offert. Si rex of-
ferret se inimico suo apud quē nihil demeruit: ad fa-
ciendū de eo qd̄ vellet: ⁊ ad obtinendū de eo qd̄ pete-
re vellet nihil aliud q̄ pacē: nimis esset incurialis: qui
inimicari nō cessaret. Sic in ꝓposito: illi quibus seip̄m
offert, dicens: accipite ⁊ comedite hoc est corpꝰ meū.
Math. xxvj. quasi diceret nonne vos creaui: redemi:
huc usq; gubernaui mlta bona nature ⁊ fortune dādo
Postremo etiā meip̄m vobis do: quid ampliꝰ vobis
facere debui? Et tamē cum multa sint ista nihil aliud
a vobis ꝓ omnibꝰ istis requiro: nisi ꝙ me diligatis: et
nō peccetis: boni cintus ad boni trahunt̄ augmentum
tali cogitatiōe amoris: q̄ timoris. Sed heu multi nec
trahunt̄ amore munerū cū christianis: nec timore cū
iudeis: hij cū hominibꝰ nō flagellabunt̄. in Ps. lxxij.
Sed cū demonibꝰ in inferno. ¶ Octauo mirantur ꝙ 8
ꝓpter p̄dictas vtilitates vult seip̄m damnificare: ⁊ in-
quinare: qd̄ facit cū a malis recipit̄. Sicut inquiunt li
quor in vase imundo receptꝰ sordidat̄ et damnificat̄.
Ita hoc sacramentū. Quibꝰ r̄ndet̄: ꝙ ludus iste sic di
uisus est inter Christū sumptū et peccatorē sumentē:
ꝙ irreuerētia sit Christo: manet tn̄ in faciēte: sicut ho-
nor in honorante: tota vō sordidanꝰ et damnū fit su-
mēti et non Christo. Quia sicut sole lucente cū calore
sup̄ fimariū: ip̄m fimariū plus fetet: ſ; ex hoc sol nō fe-
tet nec remanet ī eo dānū aut feditas aliq̄. Infirmꝰ et
indiscrete solis calores recipiēs: idē mortē incurrere p̄t

absq̃ solis damno. Ita iste sol iusticie Christus lucēs
sacramētaliter: et recept⁹ sup̱ fimariū diaboli et infer-
ni. i. sup̱ animā pctōris ip̄m amplius fetet: q̄a magnū
addit pctm̄: ꝫ in se maculā nō trahit: q̄r dicit canon: ꝙ
sacra: sicut nec sol a locꝭ immūdis p̱ que trāsit inq̄nat.
Ita nec ipsa a sumēnbꝫ inquinant. Dis. xix. scdm.
¶ Ipse tn̄ infirm⁹ indiscrete hui⁹ solis calores: ꝛ tm̄ p̄-
ciosum ꝛ delicatū cibū cōtra infirmitatꝭ sue statū reci
piēs: seip̄m interimit. Cui⁹ periculū figuranne p̄dixit
Christ⁹ Mar. ij. Nemo inq̄t supple sapiēs mittit vi
nū nouū in vtres veteres. i. sacra i anias vilitate pcti
veteres q̄a vinū effundiꝭ: q̄a sacra ad hmōi salutē nō
remanebūt: et vtres peribūt. i. male recipiētes. Vn̄ ptz
j. Cor. xj. q̄ inq̄t mādūcauerit panem ꝛ biberit calicē
dn̄i indigne: reus erit corpis et sanguinis dn̄i. Glosa
id est ac si Christū occiderit: punietꝭ: nec mirū: q̄a ma-
gnū cōmittit delictū. Qd̄ quidē sic plāgit Bern. Heu
inq̄t q̄ꝫ temerariū q̄ꝫq̄ꝫ nephariū est cruētatis manibꝫ
tractare virginis filiū q̄s audit⁹ sustineret aurū: quis
ocul⁹ nō ꝯfunderetꝭ ad intuitū: q̄ mens nō raperetꝭ in
excessum: vbi mūdi p̄ciū mittitꝭ in sterquiliniū: nō est
min⁹ detestabile in os pollutū: q̄ꝫ in lutū mittere ꝟgi-
nis filiū. Mundamini ḡ: q̄ fertis vasa dn̄i. Esaie. lij.
9 ¶ Nono miranꝭ: quō hoc sacrm̄ cū i se sit idē: quō in
recipientibꝫ tantā habeat diuersitatē: ꝙ aliq̄ inde vitā
aliq̄ mortē recipiūt: Quibꝫ rn̄detꝭ ꝙ causa diuersitatis
est ex parte recipiētiū: q̄a sicut cibꝫ corpalis i se fortis ꝛ
bon⁹ a sanis sumpt⁹ eos reddit fortiores. Idē ꝟo cibꝫ
ab infirmis sumpt⁹: eos occidit. Sic iste cibus de quo
Joan. vj. Caro mea vere est cibꝫ: bonis sumitꝭ ad grē
augmētū ꝛ ad vitā. Joan. vj. Si q̄s mādūcauerit ex
hoc pane: viuit ineternū. Malis ꝟo ad mortē: sicꝭ patz
de Juda: q̄ postq̄ꝫ male hoc sacramētū sumpsit: statim
nouo pctō ꝛ maiori q̄ꝫ pri⁹ fecerat: christū iudeis tra-
dēdo: et seip̄m suspēdēdo peccauit. Quia sicut cibꝫ for-
tis ab infirmis accept⁹ eos ad infirmitates grauiores
vel ad mortē ducit. Vn̄ Crisost. sup̱ Math. omelꝭ. v.
Sicut inq̄t corpalis cibꝫ cū ventrē inuenerit aduersis
humoribꝫ occupatū: magꝭ nocet: ꝛ nullū p̄stat auxiliū
Ita et iste sp̄ualis cibꝫ: si aliquē repperit malignitate
pollutū: magis eū pdet: nō sua natura: ꝫ accipiētis vi-
cio. Sicut eñ in Juda diabol⁹ post sacramēti suscep-
tionē maiorē accepit potestatē. Ita et i istis: vt ad ma-
iora pctā et ad inopinatas ducat ꝯfusiōes. ptz ḡ ꝙ licet
egris et sanis sit sana refectio panis. Sꝫ christi panis:
nō est san⁹ nisi sanis. Probet ḡ seip̄m hō, supple an sa
nus sit vel infirm⁹. Et sic de pane illo edat: ꝛ de calice
bibat. j. Cor. xj. Nota. M. xj. 32.
Arti. ij. ¶ Et nō solū mirabiliꝭ vt dictū est: sed etiā potēter pa
10 uit nos de⁹: q̄a tāta est sacramēti istius sublimitas: ꝙ
angeli boni ei seruiūt. Tante ꝟo potēne est: ꝙ angeli
mali inuiti ei subijciantꝭ. Qd̄ oñditꝭ p̱ h: ꝙ p̄dicāte sctō
Exem Petro martyre in partibꝫ Italie: cōtigit eū aliq̄n decli
nare ad domū dn̄i cuiusdā ville cui⁹ subditi erāt here-
tica prauitate infecti: q̄ semel occulte sub sigillo secreti
dn̄o suo aliā ꝑsuaserūt fidē, pmittētes ꝙ eū sicut tene-
banꝭ: p̱ bono suo p̄muniret. Qui rn̄dit: ꝙ si aliā fidē
meliorē sciret: libēter eā reciperet. Cui illi: nonne crede-
res btē Marie dicēti tibi ꝙ alia melior sit: imo inquit.
Cui illi pmiserūt: ꝙ die crastino ip̄am sup̱ hoc audi-
ret. Habuerūt enī diabolū eis intim̄ familiarē: ꝙ i ip̄i⁹
similitudinē trāsformat⁹: se eis oñdebat. Cū eis ḡ ad ec-
clesiā illoꝝ veniēs: ꝛ ip̄m in forma p̄dicta videns: q̄si
iratū cōtra eū vix p̄cibꝫ illoꝝ vict⁹ eū recepit p̄cipiēs
ꝙ doctrine illorū obediret. Ad quē sctūs Petr⁹ postea
veniēs: et vultū ei⁹ mutatū vidēs. Vix ab eo causam
scire potuit. Cui finaliter totū aperuit: sperans sanctū
Petrū etiā ad errorē illoꝝ ducere q̄ pmisit: ꝙ si beata
virgo Maria ei aliā oñdere vellet fidē: eā ex corde p̱-
fiteretꝭ: dn̄s ꝟo promisit: ꝙ in crastino ipsam audiret.
Qui mane surgēs: duas cōsecrauit hostias: vnā secū
et i pixide honeste reseruās: cū qua cū alijs corā diabo
lo veniēs: ab eo pri⁹ dure reprehēsus ꝙ hnōs suos p̱-
secut⁹ fuisset. Et ideo nisi esset mater misericordie: eū minis-
me ad misericordiam reciperet. Tūc btūs Petr⁹ pixidem ex-
traxit dicens: si mater ei⁹ es: adora hic filiū tuū: q̄a in-
quātū de⁹ est: maior te est: ꝛ eū adorare tenerꝭ: q̄ statim
euanuit: fetorē maximū post se dimittēs. Et sic isti⁹ sa-
cramēti potētia: diabol⁹ est fugat⁹: et dn̄s p̄dictus ad
verā fidē reuocat⁹. ¶ Idē oñditꝭ p̱ hoc ꝙ hystorie q̄dā Exem
cōtinēt: quasi de quodā heretico igni iudicato: quem
diabolus duobus diebꝫ ab incēdio liberauit: q̄a q̄n in 11
igne ponebaꝭ: nubē adduxit et ignē extinxit: ꝑplus ꝟo
eū sctm̄ acclamauit: ꝛ inquisitorē q̄ eū cōdēnauit: cō-
bustiōe dignū. Inq̄sitor ꝟo periculū vidēs fidei: die
tertio missam mane celebrās: vnā hostiā consecratā in
pixide reseruauit: ꝛ inter diabolū cum nube sua solito
veniētē ꝛ ignē pixidem tenuit. Diuertēti ꝟo vt p̱ aliā
partē igni appropinquaret: occurrit et pixidem inter-
ponit: vsq̄ꝫ miser ille esset cōbustus. Patet ergo ꝙ sa-
cramentū hoc magnum est. Ephe. v.
¶ Tertio pauit nos veraciter: q̄a cū potentia veritatē Arti. iij
nūq̄ꝫ lesit. more potētū seculi: ꝫ aduersarios falsitates
et illusiōes denudauit. Valet enī hoc sacrm̄ veritatis
ꝯtra oēs demonū falsas illusiōes: qd̄ ptz p̱ hoc ꝙ q̄dā Exem
hystorie habēt: ꝙ quidā heretic⁹ fecit diabolū venire
in forma cuiusdā sctī: quē ꝑplus petere vellet: ad sue er- 12
ronee doctrine cōfirmationē: semel ḡ sacerdos quidā
corp⁹ christi secū ad locū vbi errores suos docuit por-
tās: diabolū in forma btē ꝟginis apparentē fugauit.
¶ Idē ptz p̱ hoc ꝙ ferꝭ ꝙ q̄dā sacerdos quandā perse- Exem
quēs p̱ sua correctiōe sortilegā: vno die citaꝭ a quodā
ignoto ad rn̄dendū de iniuria tali facta mulieri: coram
rege illoꝝ in nemore ibi iuxta. Ipse ꝟo corpe Christi
accepto: nem⁹ intrauit: ꝛ pulcherrimā vt videbaꝭ cu-
riā inuenit: ꝛ regē cū familia sua prādentē: a quo cum
dure increparetꝭ: pixidem extraxit: ꝛ tota illa societas
euanuit: ꝛ seip̄m inter cōdensas inuenit spinas. ¶ Ad
idē de quodā alio heretico: q̄ ad sue doctrine cōfirma- Exem
tionē: ignē vel aquā vt ferꝭ intrare: ꝛ illesus demonū
auxilio exire solebat: sacerdos igiꝭ quidā corp⁹ christi
secrete portās: rogauit: vt furnū intraret ardētē: ꝙ cū
fecisset: ipse cū pixide ante os furni posuit se: ꝛ cū miser
flāmas sentiret: ꝛ adiutorē suū vocaret: vox ab oībꝫ
audiebaꝭ: nō possum venire: q̄a fortior ante furnū me
impedit ꝛ miser cōburebaꝭ qui mortēs dicere potuit.
Vere dn̄s est in loco isto: et ego nesciebā. Gen̄. xxviij.
sicut illi magi qui impediti ne amplius illuderēt: dixe
runt: digitus dei est hic. Exod. viij.
¶ Quarto nos pauit reuerēter: q̄a nō minori cibo q̄ꝫ Arti. iiij.
seipso cui maxima legiꝭ reuerētia exhibita: nō solum a
sctis: sed etiā a brutis. De sctō enī Lodouico quondā 13
rege Frācie legiꝭ: ꝙ equitādo p̱ villas ꝛ ciuitates iuxta Exem
ecclias: capellū cū capucio deponere solebat: et caput
versus ecclesiā humiliter inclinare: ꝙ cū semel obmit-
teret: q̄dā secretari⁹ su⁹ extra villā q̄siuit: quare bonā
cōsuetudinē obmiserat: q̄a inq̄t illud nō est ibi p̱pter
quod hoc facio: videlicet corpus Christi. Ille ꝟo ad-
mirās et rei veritatē scire volēs: ad ecclesiā redijt: et in
uenit ꝙ sacerdos tot infirmos cōmunicauerat: ꝙ nul-
lam hostiā cōsecratā in ecclesia dimiserat. ¶ Quidam Exem
etiā magn⁹ archiep̄us narrauit se vidisse et loco inter-

fuisse: vbi quidā sacerdos ad infirmū vocat⁹: ꝓpē viā
lutosam incaute cuꝫ corꝑe chr̄i: ligmpedes ascendit:
qui in ꝓfundiori luto toti⁹ ville cecidit. Et eucharistia
ex casus impetu euolauit in lutū: miser surgēs dolens
ꝛ anxiꝰ: quesiuit: ꝛ non inuenit: ꝯcurrūt multi: nec in
uenerūt: postremo sacerdos in lutū se ꝓiecit: clamans
ꝓtensis manib⁹ ꝛ dicēs: O bone Jesu: ꝓpter tuā boni
tatē dimitte mihi hanc iniquitatē: ꝛ hoc ꝓmitto: ꝙ nū
ꝙ de luto isto surgā: vsqꝫ te mihi ostenderis: ꝛ vsqꝫ te
inuenero. Tandē respiciūt herbā pulcherrimā ꝺ luto
crescentē: quādā grossiciē in summitate habētē ad mo
dū floris pulcherrimi ꝛ suauissimi: infra cuius follicu
los corp⁹ cernūt dn̄icū: mūdū ꝛ integrū: absqꝫ omi lu
ti ꝯtagio: quo miraculo oēs in fide fuere roborati. Sic
ḡ terra cognouit dn̄m suū. Et non solum terra: ſꝫ etiā
Exm bruta. ¶ Unde in libro de apib⁹ ꝯtinet: ꝙ quidā latro
nes pixidē eburneā furātes: corp⁹ chr̄i qꝺ in ea cōtine
bat̄ ꝓiecerūt in quodā aluearīo apum: inter q̄s cum sa
cerdos ꝛ ꝑplꝰs postmodū plures insolitā audirent me
lodiā: scrutātes quid illaꝫ esset: inuenerūt ꝙ apes circa
corp⁹ chr̄i ꝺ cera pulcherrimā fecerāt camerā: circa qꝺ
Exm cū mirabili assistebāt reuerētia. ¶ Quedā etiā hystorie
habēt: ꝙ q̄dā heretic⁹ cū sacerdote disputās dixit: asi
nus me⁹ deū vr̄m bene comederet. Altero vō ꝯdicēte:
dies assignat̄: in quo indiscrete tn̄ ꝓbari debuit. He
retic⁹ interim asinū suū ad esuꝫ assuefecit hostiaꝝ. Die
ḡ statuto: asin⁹ coraꝫ corꝑe chr̄i duct⁹: genuflexit. Sic
ḡ cognouit bos possessorē suū ꝛ asinus ꝑsepe dn̄i sui.
Esa. j. Popul⁹ aūt me⁹ me non cognouit.
Ar. v. ¶ Quinto pauit nos vtiliter: qꝛ hoc sacramētū digne
14 recipiētes ꝛ custodiētes oēm sequunt̄ vtilitatē corpis
ꝛ aīe, tam in ꝑsenti q̄ꝫ in futuro. ¶ Primo qꝛ a penis li
berat ꝑsentis seculi: qꝺ pꝫ ꝑ hoc ꝙ scribit btūs Gre
Exm gorius. iiij. dyalogoꝝ: de quodā capto ꝛ apud hostes li
gato: qui post ad vxorē rediēs: inuenit ꝙ omi die ꝛ ho
ra qua vxor sua ꝓ eo missam celebrari fecit: vincula ei⁹
Exm soluebant̄. ¶ Ad idē ibideꝫ de nauta epī panormitani
in Sicilia hic epm̄ vsus romā ducēdo ꝑ mare: casu in
mari cecidit: nihil ꝑter lignū paruū in manib⁹ habēs:
epūs vō tertia die ad terrā veniens: ꝓ nauta quē mor
tuū putabat: missam dici fecit ꝛ cito post: non sine ma
gna admiratōe: in portu romano nautā sibi obuiū ha
buit: qui ei quō euasisset enarrauit dicēs: ꝙ cū dieb⁹ ac
noctib⁹ miserabiliter suꝑ lignū suꝑ illud maris vndis
ꝛ ventis iactaret̄: ꝛ vires q̄si penit⁹ defecissent fame sit̄
ꝛ labore: quidā apparuit: q̄ mihi panē ad refectionē de
tulit: quē mox vt comedi: vires recepi: nec longe post
nauis transiēs affuit: q̄ me ab illo vndaꝝ ꝑiculo susce
pit. Epūs vō diligēter inquirēs: illū fuisse diē reperit:
quo ꝓ eo ꝑsbyter omipotēti dn̄o hostiā sacre oblatōis
Exm immolauit. ¶ Ad idē Petr⁹ cluniacens̄. de quodā cir
ca gracionopolim ciuitatē: qui fodiēs sub terra in qua
dā minera: ora putei terra opta iclusus manebat: vxor
vō eius eū mortuū estimās fossores locū euacuare fecit
vt corp⁹ inueniret: ꝛ missaꝫ ꝓ eo quotidie celebrari fecit
panē ꝛ vinū ꝛ cādelā iuxta patrie ꝯsuetudinē offerēs:
exceptis duob⁹ vel trib⁹ dieb⁹: quib⁹ diabol⁹ in forma
pueri vxori ad ecclīam eunti obuiauit dicens: officiuꝫ
eccl̄ie finitū: ꝛ sacerdotes de eccl̄ia recessisse: que vltimo
die ei minime credēs ad ecclīam perrexit: ꝛ ꝓ eo solito
obtulit: non multū vō post: fossores eū inuenerunt sa
nū: ꝛ mirātib⁹: rn̄dit se bene vixisse: qꝛ omi die except̄
trib⁹: habuit panē ꝛ vinū ꝛ cādelā: ꝛ inuenerūt ꝙ ho
ra qua missa ꝓ eo celebrabat̄: illa recepit: ꝛ trib⁹ ill' die
Exm bus q̄b⁹ diabol⁹ vxorē impediuit: illis caruit. ¶ Ideꝫ
patet ꝑ illud ꝙ multi libri habēt de filio iudei innocē

te in trāsmarinis partib⁹: qui dū cū pueris christiano
rū luderet ꝛ in die pasche chr̄ianos videret ad cōmu
nionē accedere: ex simplicitate quasi panē cū alijs acce
ptur⁹: inē multitudinē ignot⁹ se posuit: cū vō i reditu
p̄ri rn̄disset: ꝙ panē cū alijs i chr̄ianoꝝ eccl̄ia recepisset:
pater irat⁹ eū in furnū ardentē ꝓiecit: mater vō pueri
clamauit: chr̄iani vō currentes puerū illesum extrahē
tes: patrē intromiserunt. Puer vō rn̄dit: ꝙ imago illa
sancte Marie ipm̄ clamide ab igne custodiuit vn̄ ostē
deret quantū custodiet digne recipientes: ꝛ vt alios ꝑ
hoc ad fidē traheret. Hec hystoria scribitur in legēda
sanctoꝝ: in festo assumptiōis. ¶ Moīes ḡ intraturi bel
la iusta. Exemplo Karoli magni: qui semꝑ bellū intra
turus: cōmunicasse ꝑius legit̄: vel etiā ꝓpter quecunqꝫ
alia pericula: corp⁹ chr̄i accipiant: vt more p̄dictorū
liberent̄. Illud vō accipiētes vel in infirmitate vel in
alio periculo: dicant illud. ps̄. xxij. Non timebo mala:
q̄m tu mecū es dn̄e. Et iteꝝ ps̄. cxxxvij. Si ambulaue
ro in medio tribulatiōis: viuificabis me. Et iteꝝ psal.
xxx. Esto mihi in deū ꝓtectorē ꝛc. Et illꝺ Nūeri. xiiij.
Dn̄s nobiscū est: nolite timere: nō timebo inq̄t mala:
q̄m tu mecū ꝛc. Nec mirꝫ: qꝛ sicut rege hospitato in do
mo alicui⁹: dū ibi morat̄: milites sui armati diligenter
domū illā custodiūt. Ita angeli domū aīe: dū ibi chr̄s
hospitat̄. Ipo teste qui ait Matth. xxiiij. Ubicūqꝫ in
quit fuerit corp⁹ supple digne receptū: ibi ꝯgregabunt̄
ꝛ aquile. i. angeli: tanq̄ꝫ milites fortissimi: locū regl̄ cu
stodientes. ¶ Scꝺo: qꝛ a penis liberatos recreat ꝛ mu 15
nit ꝯtra alia pericula ꝛ fortius pugnare facit. Prio re
creat ꝯualescētes. Sicut eīm post certationē datur ꝯua
lescentib⁹ leuis cib⁹ ꝛ sanus. Ita chr̄s medic⁹ noster il
lis qui in q̄dragesima ꝯualuerint ꝺ infirmitate spūali
dat cibū sanissimū: qui maxime vitā confert spūalem:
ꝛ ꝯfirmat ꝛ fortificat. De quo in ps̄. ciij. Panis cor ho
minis ꝯfirmat. Castrū etiā munit victualib⁹ optimis
ꝯtra obsidionē: de qua. B. ij. 9. ¶ Tertio ne iteꝝ capi
ant̄: fortius pugnare facit: dū istud sacramentū nobis
dedit. In quo facto fecit dux Lacedemoꝝ de quo nar
rat Julius li. vj. Qꝫ ad bellū vadēs fecit exercitū ioca Exm
lia sua ꝛ queqꝫ ꝑciosa secū accipe: vt forti⁹ pugnarent:
ne illa amitterēt. Ita in ꝓposito: ꝛ pꝫ. Sed caueāt oēs
filij hely. j. Re. iiij. Cū mala vita ꝛ indigni arcaꝫ testa
menti in qua erat manna: ꝑ qꝺ istud sacramētū signat̄
secū sumentes in bello non saluabant̄. Sic in ꝓposito
de⁹ eīm sciuit bella duriora instare post recessum a do
mo in carcere diaboli: ꝛ ideo ducem dedit nō minorem
q̄ꝫ seipm̄: qui semꝑ ꝓtegit si digne custodiat̄. Aliē nō.
Custos eīm dn̄i sui: supple post bellū illꝺ: glorificabit̄.
Prouer. xxvij. ¶ Quarto: qꝛ a penis liberat alteri⁹ se 16
culi scꝫ purgatorij: qꝺ ostendit̄ primo ꝑ hoc qꝺ scribit
btūs Gregori⁹. iiij. dyalogoꝝ: de quodaꝫ sacerdote: q̄ Exm
aliquotiens venit ad balnea calida ꝓpter infirmitates
suas: circa que inuenit pauperē sibi humiliter seruien
tem: qui ei semel panē ꝓ mercede oblatū refutauit: asse
rens se talem panē nō comedere: rogans ꝙ panē in al
tari ꝓ eo offerret. Asseruit etiā ꝙ illius loci aliq̄n dn̄s
fuit ꝛ ꝙ ꝓ culpis suis ibi post mortē suā deputat⁹ fuit
Addidit etiā: ꝙ tunc eū exauditū cognosceret: cū illuc
ad lauandū venerit: ꝛ eū ibi minime inuenerit: in qui
bus verbis disparuit: ꝛ is qui homo esse videbat̄: eua
nescēdo innotuit ꝙ spūs fuit. Presbyter ebdomada cō
tinua ꝓ eo ostiā obtulit: quo facto: ibi eū minime inue
nit: qua ex re q̄ntū ꝓdest aīabus immolatio sacre ob
latiōis ostendit̄: quādo hanc mortuoꝝ spūs a viuenti
bus petunt: ꝛ signa indicant quib⁹ ꝑ eam absolui vi
deant. ¶ Ad idem ibidē de quodam monacho mona Exm

sterij sui: qui de medicina se intromisit: inter cuius me
dicinas tres aureos inuenerũt cũ morti appropinqua
ret: quẽ licet ante mortẽ d' hoc doleret: fecit post mortẽ
ad viuorũ terrorẽ in sterq̃linio sepeliri: ab oĩbus monas
chis sup eũ aureos iactantibus & clamantibus: pecunia
tua tecũ sit in pditionẽ: ex quo viui territi: vilia & que
eos semp habere licuerat: in mediũ ptulerũt. Post tri
ginta vo dies ordinauit btũs Gregori⁹ vnũ q̃ per tri
ginta dies continuos p eo celebraret: q̃ facto fratri suo
Germano apparuit: & d' statu suo requisit⁹: Rñdit: huc
usq̃ male: sʒ mõ bene: qr hodie cõmunionẽ accepi: ex q̃
re aperte claruit: q frater q̃ defunct⁹ fuerat p salutarẽ
hostiã suppliciũ euasit. Quibusdã vo interpositis: Ad
dit btũs Gregori⁹ dicẽs. Inter hec pensandũ est q tu
tior via sit: vt bonũ q q̃sq̃ post mortẽ suã sperat agi p
alios: satagat dũ viuit ipse p se agere. Beati⁹ q̃ppe est
liber exire: q̃ʒ post vincula libertatẽ q̃rere. Et cito post
debem⁹ itaq̃ quotidianas carnis & sanguinis ei⁹ ho
stias immolare. Hec nãq̃ singularẽ victima ab eter
no interitu aĩam saluat: q̃ illã nobis mortẽ vnigeniti p
mysteriũ repñsentat. ¶ Quinto qr ad gaudia pduc̃ eter
17 na: h' eñi sacrm̃ digne ministrãtes & recipiẽtes: in libro
vite scripti sũt: vt post arrã plenã in celo recipiãt solu
tionẽ: & post viã inueniãt vitam: qd significatũ fuit in
vi. pa. Ubi cuidã sctõ patri ostẽsum fuit: q male cõi
Exm cantes acceperũt q̃si carbones: digne vo accedẽtiũ vi
dit angelum noĩa scribentem: vt qui modo illo refi
ciuntur per gratiam: illuc illo reficiãtur per gloriam:
quam refectionem pmittit Apoc. ij. Vincẽti inq̃t da
bo edere de ligno vite: qd est in padiso dei mei. ¶ Sic
ḡ volẽtes p mare ad terrã sanctã: vel ad patriã ppriã
transire: secũ panẽ bis coctũ p viatico accipiũt: qi illi⁹
auxilio meli⁹ in mari sustẽtant̃: & ad portũ pducunt̃:
qr nõ cito putrescit. Ita volẽtes p mare hui⁹ seculi ad
patriã trãsire claritatis eterne: secũ istud viaticũ accipi
ant. qd fuit bis coctũ. i. generatũ: semel ab eterno a pa
tre: & iterũ ex tpe a matre: vt nos p hoc mare nutriret.
Unñ cõiter dei viaticũ p viam ducit ad vitã. Qd pul
Exm cherrime ostẽsum fuit in gestis Hugonis de sctõ Vi
ctore: q̃ cũ esset religiosus & tali in extremis lãgueret in
firmitate q ppẽ vomitũ cõicare non potuit: & indiscre
te fratres sui satisfacere volẽtes: ne eũ corp⁹ chri anxie
petentẽ offenderẽt: bis hostiã portauerũt nõ psecratã:
q ipse vtraq̃ vice spũssancti instinctiõe depñhẽdit: & ve
hemẽter redarguit: tertia vice verũ corp⁹ chri ei porta
uerũt: q ipe q̃si sic alloq̃bat̃: Scio q nõ sũ dign⁹ te re
cipe: sed ita veraciter sicut firmiter credo: q tu es filius
dei: rogo q fili⁹ ascẽdat ad prẽm: & spũs ad deũ q̃ fecit
illũ. Et hostia corã oĩbus in altũ ascẽdit ipius aĩam se
cũ ducendo. Et sic ambulauit in fortitudine cibi illius
bis cocti scʒ vsq̃ ad mõtem dei. iij. Re. xix. Nota infra
e. c. 30. Et facta est anima eius q̃si nauis institoris: de
18 longe portans panẽ suũ. Prouer. vltimo. ¶ Et cõiter
bene pus viuentibus: & ad patriã p mortis passum tran
seuntibus talis dat̃ ductor: qr sicut q̃nq̃ videm⁹: q dñi
mundi isti⁹ diu fideliter eis seruiẽtibus dant aliq̃n vuar
dã: id est heredẽ vel hereditatis magne custodiã simul
& heredũ p quã si honorifice custodit pmoueri potest.
Sic pgruũ est q deus ei fideliter seruientibus det in pa
scate & in mortis trãsitu heredẽ regni celestis. De quo
Matth. xxj. Hic est heres: p quẽ si digne recipiat̃ & cu
stodiat̃: habet̃ hereditas & vita eterna. Ipo teste Joã.
vj. Qui inquit mãducat meã carnem & bibit meũ san
guinẽ habet vitã eternã. Nunc in spe: & post mortem
corpis i re. Et hoc est qd sequit̃. Et ego resuscitabo eũ
in nouissimo die. Et iterũ ibidẽ. Si q̃s manducauerit
ex hoc pane: viuet in eternũ. ¶ Patet ḡ isti⁹ sacramẽti
singularis vtilitas: tã viuis: q defunctis. Et quõ dat̃
vt victualia obsessis: vt arra glie: & vuarda hereditatis
celestis: & a p̃sentibus liberat penis & futuris: & ad vitã
pducit eternã. Nec mirũ debet esse q tãte sit virtutis &
q̃tã ad viuos & mortuos: qr in alijs deuotionibus & ob
latiõibus alia. In isto vo sacrificio ipsemet de⁹ offert̃: in
quo qui se digne habẽt: oĩe bonũ habẽt. Oĩa inquit
in te vno habentes. Thob. x.
¶ Sexto pauit nos delectabiliter. Nã que posset esse Ar. vj.
maior delectatio q̃ʒ illã hĩe in quo est oĩs p̃dicta vtili 19
tas: q̃ʒ illũ hĩe p quẽ firmã habem⁹ spem ad celũ veni
endi: vbi habet̃ oĩmis delectatio? Delectare ḡ in dño &
dabit tibi. p. c. In ps. xxxvj. Exẽplo cuiusdã mulieris Exm
de qua scribit Cesari⁹: q frequẽter cõmunicata nunq̃ʒ
die cõicatiõis pre magna delectatiõe aliq̃d aliud come
dere potuit vel bibere: nec tamẽ famem patiebat̃: q sa
cerdos indiscrete experiri volẽs. Una vice ei hostiam
dedit non psecratã: q̃ cũ postea famem sentiret nec soli
tam inueniret in aĩa sua dulcedinẽ: ad sacerdotẽ cũ la
chrymis venit: clamãs q aliq̃d apud deũ demeruisset:
q eã delectatiõe solita puasset: q̃ ei veritatẽ aperuit: ro
gans q in solita maneret deuotiõe. Sic eñi ista ita bo
ni digne ipm recipiẽtes magnã in aĩa sentiũt leticiam.
De quibus. ij. Mach. vltimo. Dei p̃sentia magnifice de
lectati. Nec mirũ: q̃s est minister: qui nõ multũ letifica
tur q̃ñ dñs suus dat sibi heredẽ magne hereditatis? q̃s
est multũ famelic⁹: qui non delectat̃ in cibo p̃cioso in
quo nõ est nisi vn⁹ modus delectatiõis? ḡ spũalit̃ istũ
cibũ esuriẽs: maiorẽ inueniĩ delectationẽ in eo: in quo
est oĩs modus spũalis delectatiõis. De quo Sap. xvj.
Paratũ panẽ de celo p̃stitisti illis: oĩe delectamentũ
in se habẽtem: & oĩs saporis suauitatẽ. Uniuscuiusq̃
eñi volũtati ad qd q̃s volebat: vertebat̃. ¶ Ad literã
ibi loquit̃ de manna: in quo s̃m istã l̃ram videt̃ q qui
libet inuenit in eo saporẽ: quem inuenire desiderabat.
Sic in isto sacramento digne recipiẽs inuenit effectũ
& auxiliũ qd rõnabilit̃ inuenire desiderat: siue alleuia
tionẽ a corpali infirmitate: siue quãcunq̃ vtilitatẽ in p̃
dicto articulo q̃nto expñssum iuxta autoritatẽ p̃allega
tã: delectare i dño. Quia in amicitia illi⁹ delectatio bo
na Sap. viij. Quia dabit tibi petitiões cordis tui. No
ta de hoc. D. v. 6. ¶ Causa aũt q̃re aliqui istã nõ senti 20
unt delectationẽ triplici exẽplo excogitari põt. ¶ Prio
p vite absentiã. Si eñi in os mortui mel infundas: nul
lam sentit dulcedinẽ. Ita nec mortuus spũaliter: sacra
mento ore vel verbis dei aure receptis nullã sentit dele
ctationẽ. ¶ Scdo palati infectio: habẽs eñi os & pala
tum ex malis humoribus infectũ sicut accidit in febrici
tantibus: in optimis esculẽtis non delectat̃. Ita tu q̃ ha
bes cor p carnales affectiões & terrenas cupiditates in
fectũ: talibus vtiq̃ holocaustis nõ delectaberis. In ps. l.
¶ Tertio alteri⁹ cibi vel potus psuetudo nutriti eñi in
vna terra: cõiter non delectant̃ in mõ viuendi alteri⁹
terre. Sicut nutriti in Italia anteq̃ sint assueti: nõ de
lectant̃ in potu anglicano quãtũcunq̃ sit in se bonus.
Ita hoies assueti & nutriti in carnis desiderijs ad mo
dũ porcorũ: maiorẽ inueniũt saporẽ in vilibus carnis de
siderijs: q̃ʒ in optimis dei verbis vel sacramẽtis: quia
s̃m carnis desideria nutriti sũt. Et teste Apostolo Ro
ma. viij. Qui s̃m carnẽ sunt: que carnis sunt sapiũt: q̃
vo s̃m spm̃ q̃ spũs sũt sapiũt. Sic ḡ hoies extra cõsue
ta positi ad psueta & solita redire desiderant. Ita tales
extra solita in q̃dragesima & pascate: vel forte q̃ñq̃ q̃ñ
verbum dei audiũt: quodãmodo extra solita positi vt
porci: ad solita redire festinant: & anxie desiderant: mo

re iudeoꝝ: de qbus dicit in ps. lxxvij. Pluit illis mā-
na ad manducandū: panē celi dedit eis: panē angeloꝝ
manducauit hō: q tñ cibo qsi extra solita positi ⁊ sana-
ti ⁊ attediati: murmurātes dixerūt. Aīa nr̄a nauseat su-
Exem per cibo isto leuissimo. Nūeri. xxj. More rusticorū q-
rūdā: quibꝫ vt fert ex pcepto cuiusdā boni dñi qꝛ ei de-
sideratū faciebāt vinariū: panis dabat triticeꝰ: vt me-
lius laborarēt: qui postea videns eos segniter labora-
re: ⁊ causam sciscitāti respōderūt: qꝛ non habuerūt pa-
nē: ⁊ senascallo vocato ⁊ acriter rephenso. Finalit dixe-
runt: illū panē non esse p eis: qꝛ non fuerūt tali psueti:
det inquiūt nob panis fabaceꝰ: ⁊ fortē laboremꝰ: mo-
re oino pdictoꝝ iudeoꝝ dicentiū. Nūeri. xj. Quis da-
bit nobis carnes ad vescendū? Recordamur piscibus
quos comedebamꝰ in egypto. In mentē nobis veni-
unt cepe ⁊ porri ⁊ allia ⁊c. Ecce sicut pdictū est: deꝰ pa-
uit eos pane celi omē delectamentū in se habentē ⁊ ta-
mē solita desiderabāt. Et ideo cū solita inuenirēt ciba-
ria: merito eis māna. i. panis celi defecit Iosue. v. Pri-
usq inqt comederēt d fructibꝫ terre: vltra cibo illo nō
sunt vsi. Sic istis q ad terrena redeūt desideria: sacrm
istud deficit: qꝛ eos minime iuuat. ¶ Sed heu mihi sūt
qui more pdictoꝝ rusticoꝝ ⁊ iudeoꝝ quia in istis spūa-
libꝫ saporē non inueniūt: ad solita venire pcupiscūt: et
qꝛ ad alia psueti sunt: in istis delectationē nō inueniūt:
qꝛ qui diu fm carnē ⁊ diabolū ⁊ mundū vixit: nunq
poterit in omīpotēte delectari. Iob. xxvij. Soli g iusti
epulent: ⁊ exultēt in pspectu dei: ⁊ delectent in leticia:
ps. lxvij. Nota. A. xxvj. 11.
Ar. vij. ¶ Septimo pauit nos rōnabilit: qꝛ de oibꝫ q istud sa-
cramentū tangūt pueniēs ratio reddi pōt q sunt rōni
21 psona. ¶ Primo enī sicut pastor stante grege extra: po-
nit se in tugurio iuxta ad gregis custodiā. Ita cōueni-
ens fuit q ille qui dicit Io. x. Ego sum pastor bonus:
stante hūano genere extra celū inter lupos infernales:
q ad oues p natiuitatem veniret. Et in tugurio pa-
neitanis iuxta oues ad eaꝝ custodiā se poneret: dicens.
Ecce ego vobiscū sum oibꝫ diebꝫ: vsq ad psummatio-
nē seculi Matth. xxviij. ¶ Obijcientibꝫ vo q alio mō
potuit oues custodisse. Rūdet q non fuit ita pgruus
modꝰ oiū saluti: qꝛ oues q in toto anno scabiē retinēt
peccati: qñ ad pastorē sacramētaliter in paschate sumē-
dū volūt accedere: se pus sanāt: q nō facerēt nisi ad il-
lū accederent. Sic g misit verbū suū: ⁊ sanat eos in ps.
cvj. Verbū vicꝫ illud: de quo Io. j. Verbū caro factū
22 est: ⁊ habitabit in nobis. ¶ Sed iteꝝ obijciat: erg deus
potuit ordinasse q sic semel in anno fuissent pfessi ⁊ cō-
municati aliq mō minori q seipo: sicut pane bñdicto
vel aliquo simili: quare voluit seipm ad hoc dare? Re-
spondet q huiꝰ facti duplex videt esse causa. Vna est
ex parte dei. Alia ex parte nr̄a. ¶ Prima vo huiꝰ facti
causa: est dei maxima bonitas ⁊ charitas: quaꝫ ad nos
habuit: ex qua ostendit q non solū decuit: ꝫ etiā q de-
buit seipm in hoc sacramēto nobis dare. Ipse enī qui
mentiri nō pōt: fatet se maximā erga nos habere chari-
tatē. Io. xv. Maiorē inquit dilectionē nemo habet ⁊c.
Cum vo pbatio dilectiōis fm beatū Gregoriū sit ex-
hibitio opis: maxima dilectio sine maximi doni exhi-
bitiōe ostendi non potuit. Si g aliqd citra ipm: videli-
cet creaturā quātūcunq in memoriā sue erga nos dile-
ctiōis dimisisset: maximā se habuisse dilectionem non
ostēdisset. Ad hoc g vt infinitam ostēderet dilectionē
necessariū fuit infinitū. i. seipm dare donū cū hoc face-
re potuit: sine sui detrimēto. ¶ Qui enī infidelitate ex-
cecati non intelligūt q sic in hoc sacramēto se dare de-
buit: non intelligūt qd sit maxima dilectio: vl talē esse

in deo negant. Et tales ex ppriis cogitatiōibꝫ vincēdi
sunt. Cogitent ipi: ⁊ specialiter illi qui fatue ⁊ carnali-
ter amant: si sine suoꝝ corpoꝝ grauamine vl morte vl
lesione vel damno possent seipos in forma panis illis
fatue amatis totaliter dare ad comedendū: nōne aliq-
tiens hoc facerent: ⁊ suū feruorē ostenderēt: ⁊ illoꝝ p-
uocarent amorē? Si g seipos hoc facturos in ppriis co-
gitatiōibꝫ fateant: apud quos ois amor est vilis ⁊ im-
perfectꝰ: si tñ hoc facere possent. Quare hoc nō fatent:
deū facē velle: q pfectā ⁊ maximā habet charitatē? ⁊ q
hoc facere pt: ⁊ qui inde nullū sentit damnū. Sic ptꝫ
supra. c. c. 8. ⁊. P. ij. 12. ¶ Scda vo causa est nr̄a vtili- 23
tas: puidit enī deꝰ q nos nūc ad oculū videmꝰ q to-
ta parua sanctitas q nunc in ecclia supest. fere est ex sui
corpis cōmunione. Quis enī peccā pfiteret: nisi illa eēt:
p qua etiam vix ⁊ ita tarde sicut possunt confitentur?
Qui g vix ⁊ tarde p deo ipm suscipiendo pfitent: ⁊ se
sanctificāt: qñ si minꝰ deo daret in cōmunione: seipos
mundarēt: qñ se sanctificarēt accessuri ad panē benedi-
ctū qui vix ⁊ negligēter se sanctificant qñ pcipit ex ore
dei: dicētis p Moysen Exo. xix. Qui accedūt ad dñm:
sanctificent: qui g amorē suū maximū ostēdere: ⁊ no-
strā salutē efficaciꝰ opari voluit: sic seipm dare decuit:
⁊ debuit: nec tamē sue creature: sed sue puidentie debi-
tor est dicēdꝰ. ¶ In forma vo panis potiꝰ q in forma 24
hoīs: vel carnis nobiscū morari voluit ppter nostrā du-
plicē vtilitatē. Primo ppter nr̄am cōmunionē. Scdo
ppter augmentū ⁊ meritū fidei. ¶ Qntū ad primū pre-
uidit enī deꝰ q si fuisset in alia forma nobiscū in qua a
nobis videri posset: ꝫ non sumi: nō accresceret nob tā-
ta vtilitas: q ptꝫ p hoc: q omī die qui missam audiunt
eū vident: nec tñ tm̄ valet eis illa visio: sicut cōmunio:
qꝛ ppter visionē se nō sanctificāt: nec peccata ⁊ diabo-
lū abijciēt: qd faciūt nisi insani sint p cōione g melius
se dedit p nr̄a vtilitate in illa forma ⁊ materia: q cōmu-
nior ⁊ pueniētior est hūane refectiōi ⁊ sustētationi. In
signū etiā q ipe est spūalis aie sustētatio quē petimus
ad nr̄am sustentationē nob dari. Luce. xj. dicētes. Pa-
nem nr̄m quotidianū da nobis hodie. ¶ Scda causa
est meritū fidei qd enī meritū haberet fides nr̄a: crede-
re q esset hō chrīs i hoc sacramēto: si eū in forma vide-
remꝰ hūana? Cū teste beato Gregorio in qdā Home.
Fides nō habeat meritū: vbi ratio hūana pbet experi-
mētū. Sicut g aliqñ infidelibꝫ in forma se ostēdit pue-
ri vl carnis vt eos ad fidē attrahat. Ita pgruū est q fi-
delibꝫ suis ostēdat in forma panis: vt fides illoꝝ maio-
ris sit meriti. ¶ Primū vicꝫ q infidelibꝫ se in tali ostē- 25
dat forma: multis ostendit exemplis. ¶ Et primo de Iu- Exem
dea q alijs iudeis vt fert de regno in quo manebat ex-
pulsis ad aliā iuit illius terre partē vbi ignota fuit: ⁊ se
finxit esse chrīanā. Finaliter ad mortē infirmata: sacer-
dote ad eaꝫ cū corpe chrī veniēti: aperuit q nunq fuit
baptizata: nec diu ad hoc q baptizaret eā inducere po-
tuit. Tandē occurrit ei q in primitiua ecclia infirmi ba-
ptizati sanabant: sicut patꝫ de Constātino imperatore et
alijs: ⁊ d dei misericordia pfidēs: pmisit ei si baptizari vel-
let: haberet etiā sanitatē corpis: quo audito: baptizata
⁊ sanata est: que post paucos dies a sacerdote de statu
suo requisita: dixit se de baptismo suo dolere: qꝛ prius
in ecclia inter sacerdotis manꝰ pulcherrimū vidē sole-
bat pueꝝ de quo magnā habuit delectationē q visiōe
modo sit priuata: sacerdote vo ipam informante q me-
ritū fidei nostre nō est in vidēdo: ꝫ in credendo: ipam
in fide stabiliuit. Ecce sicut ante ei ostendebat vna for-
ma vt eā ad fidei amorē potiꝰ alliceret. Ita pstea osten-
dit aliā: vt eiꝰ fides cresceret. ¶ Idē ptꝫ p hoc qd scri- Exem

bitur in vitas patrū q̄ꝗ ꝑ istū modū de quodā heremi
ta: q̄ ex nimia simplicitate credidit ꝙ ibi nō esset corpꝰ
christi: nisi in signo: ꝙ cū duobꝰ socijs suis ostēderet:
26 ipsis cōtrariū asserentibꝰ. In hoc ꝯuenerūt ꝙ simul in
ꝑsentia in oratione ꝑsisterent vsqꝫ deus ostendere digna
retur quoꝝ dictū fuit verꝝ ꝑ aliqđ miraculū vel etiam
specialē ostensionē. Simul ḡ ad ecclesiam venientes inter
sacerdotꝫ manꝰ christū viderūt in forma carnis: in ho
ra vero fractionis viderūt eum patri ab angelis immola
Exm̄ ri: q̄ visione heremita ab errore reuocatꝰ. ¶ Libri etiā
quidā ꝯtinent quendā Judeū in francia qui ad secre
ta nostra scrutādū in missa inter christianos se posuerat
⁊ fatebatꝰ se vidisse hostiā in forma pueri: q̄ in crastino
Exm̄ cū tota domo sua se baptizari fecit. ¶ Item ad idem de
quodā alio Judeo: qui cuidā mulieri totum debitū re
misit ea ꝯditiōe: ꝙ ei corpꝰ christi portaret: qđ etiā fecit in
ore suo q̄n cōmunicabatꝰ reseruās: hostia vero a Judeo
corā ea cultello ꝑforata: sanguinē vt fertꝰ copiose fudit:
mulier timore ꝑcussa ad balliuū cucurrit: q̄ cū sacerdote
venientes: iudeū versus q̄ndā puteū sanguinē abscōde
ret apprehēsum: combusserūt: ⁊ cū reuerētia hostiā cū
Exm̄ sanguine collegerunt. ¶ Ad idem ex gestis beati Gre
gorij a quo matrona quedā romana cōmunicata cū di
ceret corpꝰ ⁊ sanguis christi custodiat te risit: respōdens:
ꝙ non credit ibi corpꝰ christi: qꝛ ipsa in domo sua parauer
rat: a qua btūs Gregoriꝰ hostiā retraxit: ⁊ post missaꝫ
ipso orante corā ea in carnē versa est: ⁊ matrona ab er
rore reuocatꝰ. ¶ Sicut enī .j. Mach. vj. elephātibꝰ ostē
derūt sanguinē vue: ad exacuendū eos in bello: ne in
27 eo deficerēt sed fortiter agerent. Et sicut panis iuuenū
canū intingitꝰ in sanguinē: vt dicitꝰ ꝑde vel os illorum
sanguine eiꝰ tangitꝰ vt discat fortiter predā querere: qđ
⁊ faciunt: ⁊ ad biuiū venientes sagaciter attendūt odo
re ꝑ quā viā ꝑda vel bestia iuit: ⁊ q̄ multū distant: for
tius currētes ꝑde cito appropinquāt. Ita oībꝰ ꝑdictꝫ
ostēdit deꝰ carnē ⁊ sanguinē ad eos in fide exacuēdū
⁊ vt qui ꝑ infidelitatē ab eo multū distabāt: ꝑ tales vi
siones carnis vel sanguinis ei ꝑ fidē fortiter appropin
quarēt: vt de eis verificetꝰ illud Ephe. ij. Qui lōge era
tis facti estis ꝓpe in sanguine eiꝰ: ⁊ tamē non est ꝯgruū
ꝙ talis ꝯuersio vel ostensio que est paucorū ꝑuilegiū:
trahatꝰ ad legē cōem. Sed ꝓpter duas causas ꝑdictas
vicꝫ ꝓpter cōionē ⁊ meritū fidei. Sacramentū regꝫ scꝫ
sub panis silitudine: abscondere bonū est Thob. xij.
¶ Non cuiuscūqꝫ panis: sed albi in quo designatꝰ mū
dicia tā in corpe christi vero: q̄ꝫ in mystico: qđ ad eū ac
cedit. Et rotundi: in q̄ significatꝰ eius infinitas: ꝙ vicꝫ
magnitudinis eiꝰ non est finis: ⁊ glīa infinita: quā cor
pori suo mystico digne eū sumenti dabit. ¶ Sanguis
vero in calice sub specie vini: sanguinē significat in cru
ce effusum: circa quē populꝰ informetꝰ: ne calicē: ꝗ san
guinē adorent ꝯtentū qđ etiā ipsi q̄n cōionē accipiunt:
non sanguinē: sed vinū ad lotionē oris.
Ar. viij. ¶ Oēs ꝑdicti articuli Inferunt octaui articuli rōem.
Exquo enī istud est sacramentū tam vtile tam delecta
bile ⁊c̄. Justum est vt digna ꝑparatio huiꝰ sacramēti
28 ꝑcedat sumptionē. ¶ Primo q̄ꝫtum ad fidē. Secundo
Exm̄ q̄ꝫtum ad mundiciā ⁊ sanctitatē. ¶ Primū patet: quia
accedentē credere oportet Hebre. xj. Exemplo cuius
dam sancti de quo scribitꝰ ꝙ tante fidei erat erga istud
sacramētū ꝙ dicere solebat: ꝙ si sciret ꝙ christus in forma
hūana in hora eleuatiōis corporis christi trāsiret ante ostiū
ecclie: ꝙ non iret ad ostiū vt illum videret ⁊ ostie visio
Exm̄ nem dimitteret. ¶ De scō etiā Eduardo rege Anglie
scribitꝰ: ꝙ tāte fidei erat erga istud sacramentū: ꝙ cum
eo quasi cum christo in hūana forma loquebatꝰ. Ideo
missas multas intātū libēter audiuit: ꝙ regi frācie qui
libenter sermones audiuit: q̄re non audiret sermones?
Rn̄dit. Tu in sermone audis de deo: ego in missa lo
quor cū deo. Cui ob fidei meritū ostendit deꝰ in eleua
tiōe huiꝰ sacramēti hostes ꝯtra eū venientes in mare sub
mersos. Sic deus operatur in vobis qui credidistis. j.
Thessa. ij. ¶ Post istos ḡ ⁊ oēs alios scōs qui in fide
⁊ ꝓ fide istiꝰ sacramēti mortui sunt stultissimū est de fi
de huiꝰ dubitare. Nisi enī ī bona fide mortui fuissent:
deus ꝑ eis miracula minime ostēdisset. Illi enī q̄ circa
hoc dubij rōnem oīm inquirūt: ⁊ scire volūt. Ita vel
lent totū scire: ꝙ nihil credere. Et sic fidei meritū eua
cuarēt. Vellent insuꝑ esse equales deo cum lucifero: qꝛ
dū totū q̄cq̄d deꝰ circa sacramēta ⁊ alia eius opa facit
intellectū cape querūt: vellēt ita potentes esse in intelli
gendo: sicut deꝰ in operando. Nota. F. iiij. 23. ⁊. 24.
¶ Quām aūt periculi sit talis curiositas: patet ꝑ illū de Exm̄
quo fertꝰ: ꝙ ꝯfessori suo post mortē apparēs dixit se esse
damnatū: qꝛ non credidit nec credere potuit: licet de hoc
pluries ꝯfessus fuisset: verū christū in hoc ꝯtineri sacra
mento. Et sic q̄ nō credit: iā iudicatꝰ est Jo. iij. Sic iu
dicentꝰ oēs qui nō credūt veritati. ij. Thessa. ij. ¶ Si ḡ
perbi honoribus: sic humiles sua deiectione gratulan-
tur. Quante ergo humilitatis fuerit pensate: qui despi- 14

cientem se amplius amauit. Sed qui gl'iaz non querit
contumeliam non sentit: non erubescit cōfundi apud
homines: qui solam gl'iam querit dei: non dolet de de
iectione q̄ non affectabat exaltationem: patet ergo q̄ si
cut in igne probat argentū ꝛ aurū: sic homies recepti-
15 biles in camino hūilitatis Ecclesiastici.ij. ¶ Secūdum
etiam q̄ videlicet hūilitas exterius ostensa: signum est
aliarū virtutū intrinsecarū: patet: quia sicut terra bassa
signum est fertilitatis: sicut est inclinatio ramorum ar
boris tempore fructuū signum est fructuum copiosita
tis: quia quanto plus est fructu onusta: tanto plus ca-
put ad terram inclinat. Idem patet in spica: que si tem
pore autumnali sine vento sue conditioni ꝛ nature de-
relicta inclinet: signū est q̄ est grano plena: in illa vo:
que recta super alias eminet: talis erectio est signū va-
cuitatis: vel q̄ per aues vel infortunia grana sua amis-
sit. Sic fm Ber. quando vides hominem in omnib⁹
humilem: habeto bonum argumētum virtutū ꝛ gra-
tie inhabitantis: quia sicut vbi locus bassus: ibi aqua
vel humor: ita vbi humilitas ibi sapientia Prouerbi.
duodecimo.

Ar.iiij. ¶ Sed quia parū esset humilitatem habere vel ostēde
re: si statim amitteret. Ideo ostēdere restat: quomō hu
16 militatem in nobis deus miserijs que patimur: conser
uare satagit ad cuius diligentiam in hoc plenius vidē
dū scire oportet q̄ imp̄ator celestis in hoc modo quod
ammodo habet imp̄atoris terreni: quia sicut imp̄ator
terrenis ciuitatem rebellem ab eo obsessam vi capiens
vel concordia quantumcūq̄ ciues ad pacem recipiat:
tamē in signū rebellionis: ꝛ ad eoꝝ maiorem imposte-
rum hūiliationē: murum frangit ciuitatis ꝛ quādoq̄
dum viuit illū reedificari non sinit: vt sic illos in hūili
tate semper conseruet. Sic in proposito: habuim⁹ cū
in statu innocentie muros custodientes nos a fame et
frigore ꝛ morte ꝛ omī miseria gratiam videlicet ꝛ iusti
ciam originalem: sed propter rebellionem contra sum-
mū imperatorem deū: muri isti fracti fuerūt tam irre-
cuperabiliter: q̄ quantumcūq̄ deus nos morte sua si
bi recōciliauerit: ꝛ ad pacem receperit: tamen in signū
rebellionis preterite: nos ad locū de quo eiecti fuimus
restituere noluit: id est ad paradisum terrestrem: in si-
gnū etiam ꝛ causam effectiuam hūiliationis perpetue
murū illū nunq̄ circa nos dum in hoc seculo sumus:
edificare voluit: sed omī miseria nos vndiq̄ opertos
esse voluit: propter hoc dedi vos contēptibiles ꝛ hu-
miles oīb⁹ populis Malach.ij. de quib⁹ dicit psalmi-
sta q̄ p̄pē iniusticias suas hūiliati sunt: ps.cvj. ¶ His
etiā ↄcordat decretū: dicēs: q̄ ideo malū pene homini
reliq̄t vt humiliet: ꝛ haberet materiam exercitij: de pe.
di.j. medicina.§. sicut primi: sicut populo suo nociuos
dereliquit inimicos: vt in his erudiret Hierusalem.
Ar.v. Iudi.iij.

¶ Huī⁹ aūt hūilitatꝭ ↄseruatē: sex sūt vtilitates. Prīo
17 eī gr̄am impetrat. Secūdo pctā purgat. Tertio deo
amabilē fac. Quarto demōes fugat. Quinto a multꝭ
malꝭ ↄseruat. Sexto ad celi glorīā duc. ¶ Primum pz
quia sicut a nubib⁹ aque descēdētes inferiora petunt
loca. Ita gr̄a ꝛ sciētia q̄ edificat et virtutes eā intellectū
illuminātem: q̄ affectum inflāmantē abundāti⁹ ad
humiles descēdit: ab illo qui superbis resistit: ꝛ humi-
libus dat gratiam. j. Pe.iiij. ¶ Primū enim primo sen
sibili patet experimento quo dicitur: q̄ existens in pu-
teo ꝓfundo de clara die stellas videre posset vel ad mi
nus limpidius celum videret: q̄ alius qui in tam pro-
fundo non esset loco. Cuius ratio est: quia cū circa ocu
los lumē non sit: in quo virt⁹ visiua sit dispersa: opor

tet q̄ ip̄a in se fortior sit ad alta vidēdum: q̄ ille cuius
virtus est in videndo dispersa. Sic in proposito: qui
profundius per virtutem ꝛ gradum descendit humi-
litatis: limpidius celestia videt ꝛ in cognitione dei et
suꝑꝑius amplius illuminatur: ab illo de quo dicitur
q̄ abscondisti hec a sapientibus ꝛ prudētibus: qui sci-
licet habent visum mentis per mundi sapientiā ꝛ hu-
iusmodi dispersū: ꝛ reuelasti ea paruulis id est humi-
libus qui visum mentis in humilitatꝭ puteo vnitum
habent. Nota. D.iiij.12. ¶ Cuius ratio alio patet ex- 18
perimento: quo omēs videmus: q̄ quanto quis altio-
ra ascendit loca: tanto plura ꝛ ad distantius videre po
test. Sic spiritualiter qui altius ad deum per humilita
tem ꝛ bonam vitam ascendit: quia sicut de duabus si-
tulis: vna descendente: alia aqua plena ascendit: ita dū
quis corpore descendit: situla anime plena sapiētie: co-
ram deo ascendit. Surge ergo illuminare Hierusalē.
Nostra enim humiliatio nostrum coram deo surgere:
nostraq̄ illuminatio est. ¶ Sed satis expresse patet in
vi.pa. de quodam heremita: qui nec ꝓprio studio: nec Exem
orationibus nec ieiunijs cum tamen propter hoc mul
tis diebus ieiunaret: intellectum cuiusdam sermonis
inuenire potuit. Cū ergo surgeret ꝛ iret versus quen-
dam alium: vt ab eo intellectum sermonis hūiliter pe-
teret: angelum dei sibi obuium habuit: dicentem: quia
inquit modo humiliatus es: vt ab alio discas ostendo
tibi intellectū sermonis: sic humilitate obtinuit: quod
oratione ꝛ ieiunio obtinere non potuit. Et sic patet q̄
verum est: quod dicit Ptholomeus in principio Al-
magesti qui inquit inter sapientes humilior est hic sa-
pientior. Sic patet quomō per humilitatem intellect⁹
illuminatur: vide. S.iij.9. ¶ Secūdo etiam affectum 19
inflammat: quia sicut homo quanto directius suppo-
nitur corpori solari tanto corporaliter plus calescit: ita
quanto per humilitatem directius supponitur deo tan
to plus charitate calescat. Sol⁹ enim humilis deo sup-
ponitur: quia superbꝰ cū lucifero equalis vl' superior
deo esse vult: vel non subesse desiderat: ne ab illo cui
subest puniat. Et non solū intellectū ꝛ affectū: sed etiā
omnes anime potentias humilitas virtutib⁹ perficit:
quia sicut fossa in vna magna area vel terra facta om-
nes aq̄s aree ad se congregat ita: hic quia dum homo
hūiliter de se sentit ꝛ sine inuidia omēs virtutes in om
nib⁹ alijs: qui in area ecclesie continent diligit cū situ-
la dilectionis: fruct⁹ omniū virtutū: ꝛ aq̄s sapientie:
quas in alijs diligit: ad puteū trahit sue humilitatis: si
cut patet. C.j.12. Sic in omnib⁹ potentijs anime con-
firmauit: omēs hūiles populi. j. Mach.xiiij. Nota q̄li
ter gratiam acq̄rit. S.G.iij.10. ¶ Ex ista vtilitate seq̄-
tur secūdaq̄: sicut lumine corp̄ali adueniente: tenebras
recedere necesse est: ita lumine gratie ꝛ virtutū humili
aduenientī: necesse est tenebras recedere pctōꝝ. Sic in- 20
sup cādele extincte ꝛ fumigān et fetēti p̄ lumē candele
accēse: cui directe supponit mediāte fumo q̄ ascēdit re-
accēdit fetorib⁹ ill' penit⁹ fugatis: ita pctōr in aia extin-
ct⁹ directe sb deo ꝛ ei⁹ vicario p̄ ↄfessionis hūilitatē po
sit⁹: mediāte fumo ↄfessiōis deuotiōis ꝛ orōnis: reaccē
dit pctōrib⁹ fetorib⁹ penit⁹ fugatꝭ. Sic ḡ extinct⁹ fumū
orōis ad deū mittat: dicēs: vide dn̄e hūilitatē meā: ꝛ di
mitte oīa delicta mea: in ps.xxiiij. vt postmodū illūiat⁹
ꝛ de laqueo diaboli liberat⁹: dicere posset hūiliat⁹ sū
ꝛ liberauit me: in ps.cxiiij. ¶ Ex istis duab⁹ sequit̄ ter-
tia hūilitatis vtilitas: cū em̄ nihil deo: vl' bonis hoib⁹
hoiem odibilē faciat: nisi peccatum ꝛ defect⁹ gratiarū
et virtutum: sequitur q̄ humilis peccatorū fetoribus: 21
ꝛ tenebris expulsis: ꝛ gratijs illuminatus: sit tam deo

q̄ hoibꝰ amabilis: nō solū bonis ꝛ modestꝭ. ſꝫ etiā dis
scolis ꝛ ſupbis: humilis nanq̄ humilem diligit: quia
in virtutibus ꝛ virtuosis charitate informatis: semper
tenet regiā. quod simile diligit sibi simile. A superbis
etiam ꝓ tanto diligitur: ꝙ quanto eis placet in hoc ꝙ
eis subijcit. Supbus vo a ɔtrario sensu tam deo q̄ ho
minibꝰ displicet: humilis enī illum non diligit: quem
scit a deo non diligi: nec supbus: quia nollet habere pa
rem vel superiorem. Vellet enī ꝙ oēs sibi humilia
rent: quod ille facere vetat: in viciosis enī regula fallit
que dicit: ꝙ simile diligit sibi simile: cupidus nāq̄ cu
pidū odit inquantū ꝑ illum stat quo minus lucratur.
¶ Ex quo ꝗ humilis: ab omnibꝰ diligitur: glorieẗ sem
22 per humilis Ja. j. ¶ Ex ista vo tertia: quarta sequitur
humilitatis vtilitas: ꝙ ille qui est deo ꝛ hoibus amabi
lis est diabolo abominabilꝭ. Juxta illō Eccī. xiij. Abo
minatio est supbo humilis illius q̄ fugit hospitium in
quo deum videt hospitatū nec in illius libenter mora
tur societate: etiam in alieno hospitio qō histoꝛijs ostē
ditur de vi. pa. accepiis. In illis nanq̄ ɔtinet de quo
Exm̄ dam humili viro: qui cum a quadā demoniaca in vna
ꝑcuteret maxilla: eum ex christi doctrina hūiliter alte
ram ꝑberet: statim diabolum fugauit qui ad tante hu
Exm̄ militatis ꝑsentiam morari non potuit. De alio etiam
sancto ibidem ɔtinet viro: ad quem cū diabolꝰ in for
ma venisset angeli: ad ipm ꝓculdubio recipiendū: asse
rens se a deo angelū missum. Respondit heremita: vi
de ne forte aliūde veneris: q2 ego dignꝰ non sum vt ad
me angelus dei mittat: quo dicto statim euanuit humi
li responsione fugatus. Sic populū humilem saluum
facies: in pš. xvij. Non solū a demonū: sed etiā a mul
torum malorū tam culpe q̄ pene periculis in quo pa
23 tet quinta humilitatis vtilitas. ¶ Q2 aūt a malis cul
pe humilem preseruet: patet in vi. pa. de sancto An
Exm̄ thonio: cui totus mundꝰ plenus ostendebat peccatoꝝ
laqueis: ꝛ ipso querēti: quis illos euadere posset laque
os: respōsum fuit: ꝙ sola humilitas que quidē respon
sio rationi conuenit naturali: ꝛ etiam quotidiano expe
rimēto: naturaliter enī parui pisces rhete euadūt: vbi
magni capiunt. Sic humiles rhete diaboli euadūt per
loca humilia caute. j. Macħ. vj. ¶ Idem etiā de malo
patet pene tam tēpalis q̄ eterne: a q̄bus humilis sepiꝰ
q̄ supbi liberant: quotidie nanq̄ hoc videtur de pena
tēpali: quia frequēter accidit ꝙ supbi superbe ad oīa
respondētes ꝛ elate se habentes: multa audiunt verba
amara ꝛ derisoria: multa sustinēt verba grauia: ꝛ quā
doq̄ occidunt: vbi humiliter respōdentes ꝛ se haben
tes euadere possent: ꝛ alij qui se humiliter habent eua
24 dunt. ¶ Est ergo de istis duobus superbo scꝫ ꝛ humi
li in hoc casu. Prio sicut de alta turri vel arbore ꝛ par
ua domo. Alte nanq̄ turres ꝛ campanilia frequentiꝰ
sustinent maiores tonitrui ꝛ fulguris ꝛ ventorū ictus
ꝛ impetus: frequēter enī talia loca a fulgere ꝛ terremo
tu ꝓsternūtur ꝛ destruuntur inhabitantes: quādo lo
ca humilia non ledunt: ita humilibus liberans super
bi vsq̄ ad infernum prosternūtur in aduentu filij dei:
cuius aduentꝰ vulgari assimilatur: ipso teste Lu. xvij.
Sicut inquit fulgur coruscans ita erit aduentus filij
dei ad destructionē supple supborum: quādo implebi
tur quod eis promittit dicēs: gl'iosos terre humiliabo.
Esa. xlv. In illo enim tēpe constituit dominꝰ humilia
25 re omnem montem excelsum Baruch. v. ¶ Est secun
Querēꝰ do de istis duobus sicut de magna quercu: vel alia ar
bore in monte sita: que multos sustinet ventorum im
pulsus: q̄bus quandoq̄ ꝓsternit vbi arundo in valle
euadit: vnde in die iudicij superbis admirantibꝰ: quō
ad infernū ꝓstrati sunt: respondere poterūt humiles:
sicut ſm fabulas respondit arūdo quercui: q̄ erat ven Arundo
to ꝓiecta ad lacū: in quo arūdines crescebant: quas cū
alloqueret admirans: querendo: quō ipē tam debiles fabula
stabant vbi ipa cū tota sua fortitudine ꝓiecta fuit. Re
sponderūt arundines: si fecisses inquiūt quod nos feci
mus: nūc erecta stares nos capita inclinauimꝰ ventos
q̄ trāsire ꝑmisimꝰ q̄bus transeuntibꝰ iterū capita ere
ximus a damnūq̄ euasimꝰ: tu vo dure restitisti ꝛ rigide
te contra fortiorem erexisti: ideo cecidisti ꝛc. Ita in ꝓpo
sito: sicut enī iste arūdines responderūt: ita illi qui deo
ꝛ hoibus in his que sine peccato sustinere possunt: ca
pita inclinant hūiliter penitentiam: ꝛ oīa que a deo
infligunt: vel hoibus sustinētes dicere poterūt in illa
die superbis: q̄ ideo nunc cadent: q2 superbe cōtra deū
ꝛ homines erigebant: ipi vo humiles ideo saluabunt
ꝛ tūc erigent capita: que prius inclinauerūt: est qui ab
humilitate leuabit caput Eccī. xx. sic populuꝫ humilē
tunc saluū facies: ꝛ oculos superborū humiliabꝰ. In
pš. xvij. quia sicut superboꝝ gloria precedit ꝛ humilia
tio sequit: iuxta illud Prouer. xxx. superbū sequit hūi
litas: ita bonorū gloriam ꝑcedit humilitas Prouerb.
xv. ¶ In qua auctoritate sexta notat humilitatis vtili 26
tas. Ad cuius declarationē est sciendū: ꝙ sine humili
tate ad regnum non perueniẗ celorum: ꝙ tali ostendiẗ
ratione: ad terminos oppositos: motus esse oportet op
positos: sicut in parte ostensum est. B. S. j. 32. Sicut
patet de terminis sursum ꝛ deorsum: qui quia opposi
ti sunt: motus ad illos cōtrarios esse oportet. Sed mo
tus ad infernū deorsum est motꝰ superbie: propter qō
primo angelo apostate in figura regis Babylonis di
citur Esa. xiiij. Detracta est ad inferos supbia tua: con
cidit cadauer tuum: nō ꝙ angelus corpus habeat sed
quia peccando vilis effectus est: ꝛ fetidus in cōspectu
dei: ad modum cadaueris. Si ergo per motū superbie
descendiẗ ad infernum deorsum: oportet ꝙ per motū
humilitatis que superbie contrariatur: ad celum mo
ueatur sursum. Et quia talis humilitas per quandam
similitudinem habentem illam quasi puerum efficit:
ideo dicit saluator Luce. xviij. ꝙ nisi quis acceperit re
gnum dei: sicut puer non intrabit in illud: id est nisi fit
humilis obediens sicut puer: humiliamini ergo ꝛ ex
altabit vos Jaco. iiij. Nec aliter exaltari poteritis: q2 27
sicut rota nunq̄ ascendit a parte posteriori: nisi prius
descenderit ab anteriori. Ante nanq̄ ascensum poste
rioris partis: precedit descensus anterioris. Sic anteq̄
glorificetur suple in morte: que est posterior pars: hu
miliaẗ prius in vita: que est anterior ps Prouer. xviij.
¶ Sicut insuper arbor in altum nō mittit ramos: nisi
prius profundet radices. Et quanto profundius radi
ces mittit: ꝛ fundamentum ponit: tanto altius ꝛ secu
rius arbor ꝛ edificium ascendere potest. Ita qui se sup
ple profundius ꝛ plus humiliat: altius exaltabiẗ. Lu.
xiiij. ¶ Ex istis sex humilitatꝭ vtilitatibus patet ꝙ hu
militas vinee assimilaẗ: quia sicut vinea inter arbores Vinea
despectior est: tamen magis est fructuosa: sic ɔditio hu
militatis ꝛ humilium in hac vita multꝭ despectior ap
paret: tamen est fructuosior: q2 qui humiliatus fuerit:
erit in gloria Job. xxij. Nec mirū q2 ille eos plantat q̄
hūilē sbleuat Ezech. xxj. Hec me ɔsolata est in hūilita
te mea: in pš. cxviij.
¶ Ex iā dictis ratio patet sexti articuli: iā enī ꝑdictū est Ar. vj.
ꝙ sine hūilitate ad celū nō ꝑueniẗ: volentibꝰ ꝗ illuc ꝑ
tingere. Non solū necesse est hūiliari: vt illuc ꝑueniat: 28
sed etiam rationalis necessitas est hūiliari. Prio ꝓpter
locū in q̄ sumꝰ. Secūdo ꝓpter statū quē tenemꝰ. Ter

tio propter opera: q̄ nobis incūbunt facienda. Quarto
ꝓpter alias virtutes habēdas sine quibus ad celū nō ꝑ-
tingit: q̄ sine fundamēto hūilitatis haberi nō possunt
¶ Primū patet: quia locus in quo sum⁹ carcer est: in-
carceratis aūt ꝯuenit: ꝙ hūiliter se habeant: q: supbi
tarde vel nunq̄ liberabunt: hūilitate vo citi⁹ liberari
possunt: cū illo q̄ dicit humiliat⁹ sū: et liberauit me: in
psal. cxiiij. Secundū patet q: in tali sumus statu: ꝙ ne
cesse est nos ab alio regi et regulari: q: aliter multi ma-
lis expositi erim⁹ tam culpe q̄ pene: sicut illi q̄ eximū-
tur a ꝓtectiōe regis et pape: a multis spoliant: sicut pa
tet. E. ix. 4. Qui vo reglari vult: oportet ꝙ inferior sit
q: hoc ordo habet nature: ꝙ semp ꝑ supiora regulant: si
cut ptz de corpibus celestibus et inferiora regulantur: sicut
patet de istis corporibus inferioribus et elementis q̄ in cre
scēdo vel decrescēdo a superioribus ordinē accipiūt et cau
sam: sicut ptz d arboribus herbis floribus: que sole approxi
pinquāte: crescunt: et de mari ꝙ ꝑ lune motū fluit: et re
fluit. Sic in ꝓposito omne regimē nřm a deo et ministri
eius q̄ reformabit corp⁹ hūilitatis nostre. Phil. iij. Et
non aliud q̄ corp⁹ hūilitatis: sicut nec fullo pannū re
29 formatur: q̄ sub pedibus non ponit. ¶ Tertiū etiam patet
q: opus qd̄ nobis incūbit est bellare ꝯ diabolū: q̄ vo
supbos: ꝯ eū non pugnat: sed sub eo militat: nunq̄ eū
vincit. Qui vo hūilitate vel patiētia ꝯ eū pugnāt: vin
cunt. Sic ḡ dū patiētes vincūt de sua virtute glorian-
tes hūilias. Judith. vj. sicut patet. A. xv. 19. ¶ Quar-
tum insup patet: q: hūilitas virtutes sine q̄bus non est
salus acq̄rit et ꝯseruat. ¶ Primū ptz: q: sicut pauper se
diuiti hūiliādo: elemosynā acquirit. Sic hō virtutes
humiliādo se deo: ḡ humilis te deo: et expecta manus
eius Eccl. xiij. sicut paup expectat manum diuitis: in
quē hūiliter clamantē: diues respicit. Sic de⁹ respexit
in orōnem humiliū et non spreuit etc. in ps. ci. ¶ Secū-
dū patet: pmo: q: sicut liliū in ecclia positū: in luto vel
terra diu custodit viriditatē suam. Sic homo in humi
litate virginitatem charitatē et ceteras virtutes nō so-
lū custodit: sed qd̄ plus est in eo pullulant: q̄ in radice
hūilitatis ꝑdurat: a qua si nimirum abscindit arescit: q:
30 viuificantē se humorē scȝ charitatis amittit. ¶ Secun-
do idem patet per exemplū sumptū ab edificijs corpa-
libus in quibus videm⁹: ꝙ magna custodia totius edifi
cij ex fortitudine et custodia depēdet fundamenti: quo
deficiente vel subtracto totū cadit edificiū. Sic spūali-
ter tota fortitudo edificij spūalis: ex fundamēto surgit
humilitatis: quo subtracto cadit. Sicut ergo in edifi-
cio corpali: signum est mali fundamenti: quādo opus
ad leuem cadit ventum: ita in edificio spirituali quan-
do illi q̄ fortia aggrediunt: et virtutū edificia fortia fa-
ciunt si forte leui verbo illius qui edificiū corrigere ni-
titur: vel alias eos repꝛhendit: vel quacunq̄ aduersita-
te opus inceptum vel dimittere minant vel oīno ab
illo cessant: satis ostendūt: ꝙ super humilitatis funda-
mentū stabile et ꝓfundum non erat fundatum: quod
ad tam paruam auram prosternitur. ¶ Ex effectu nā-
q̄ ostenditur: ꝙ super fundamētum vane glorie aliq̄-
liter erat fundatum: quo subtracto op⁹ cadit: q: eū si-
cut illud fundauit: vt singulariter in eo videret: et nul
lo modo in illo defectuosus inueniret: ideo istis cessan
tibus: cessat opus: qn̄ando nanq̄ repꝛehendit: videt
sibi ꝙ saltem in hoc nō acquirit quod credidit et quod
acquirere intendebat hominum scilicet laudem: tanq̄
operis mercedem: mercede vo subtracta: quod mira-
bile: si operari censent: q: humiliatū est in laboribus cor
31 eorum: in psal. cvj. ¶ Tertio idem patet per exemplū
sumptū ab ignis et vinearum et metallorum custodia:

vinitores nanq̄ flores et fructus quantū possunt sub
folijs abscondūt: ne a flumine vel alia tempestate ledā
tur. Minera etiam auri vel argenti vel aliorum metal
lorum sub terra abscondit. Ignis etiā sub cinere. G.
iij. 13. Et multa alia etiā abscōdunt ne amittātur sicut
ostensum est. A. v. 7. Sic etiā omēs virtutes sub hūi-
litate abscōdende sunt: atq̄ custodiēde: ne a vento ina
nis glorie asportētur: sicut puluis de manu nō abscō-
dentis: asportatur: et portātis visum vel exercat vl' de-
bilitat. Sic sm beatum Gregoriū sententialiter: q̄ cete
ras virtutes sine humilitate habet quasi puluerem in
vento portat quo excecatur.


IEiunij. Primo osten-
dit generalitas. Secundo inductio. Ter
tio vtilitas. Quarto circūstantie. Quin-
to necessitas. Sexto frāgentiū excusatio
cum reprobatione.

¶ Quātum ad primum eius generalitas est ostendēda Ar. j.
q̄ntum ad duas eius partes. Primo videlicet q̄ntū ad
ipm ieiunātem. Secundo q̄ntum ad ipm tempus: quo j
ieiunare tenetur. Ipe nāq̄ ieiunans generaliter in om
nibus corporis sensibus ieiunium quidem habere debet:
cuius ratio est sm Bern. sermone. xxxviij. quia nō so-
lum gula peccauim⁹: sed etiam alijs membris et sensi-
bus. Cum ergo ieiuniū sit satisfactio ꝓ preteritis deli-
ctis: iustum est ꝙ in omnibus sensibus et corporis partibus
fiat satisfactio: in q̄bus fuit delictum. Sed in omnib⁹
partibus sensuū fuit delictum: ergo omēs sensus q̄dam
modo ieiunare debent: vtpote oculus a curiosis aspe-
ctibus et vanitatibus. Auris a nociuo auditu: gust⁹ ab
inordinato et nimis delectabili cibo vel potu: et sic de
alijs: vt ꝑ ieiuniū vel ceterarū rerum abstinentia afflis-
gat aīam suam Numeri. xxx. ¶ Tale nanq̄ ieiunium
esse deberet: ꝙ sicut ventrem vacuum replet cibis: ita
aīam repleat virtutibus. Si ergo semel in die comedit
et illicitis et peccatis vacat: saccum quidē euacuat: ȝ nec
deum placat: nec aīam saturat. Talibus nanq̄ male ieiu-
nantibus improperat deus Esa. lviij. dicens in die ieiu-
nij vestri inuenit voluntas vestra: supple mala: sequit
Nunquid hoc est ieiunium ꝙ elegi per diem hominē
affligere aīam suam: et cum hoc peccare de nouo vl' in
antiquis peccatis ꝑseuerare sequitur. Nūquid istud vo
cam ieiuniū et diem acceptabilem dño: supple nō. Sed
quale sit ieiunium quid ei placet: patet ꝑ hoc quod se-
quitur: nonne hoc magis est ieiunium: quod elegi: dis-
solue cogitationes impietatis: solue fasciculos depri-
mētes: frange esurienti panem tuum etc. et omē onus
dirumpe: id est omnia onera peccati a te proijce: et om-
nes sensus a peccatis retrahe: sequitur. Tunc inuocab
et domin⁹ exaudiet: si abstuleris de medio tui catenā
scilicet peccati et desieris digitū extendere ad aliena bo
na detinenda vel de nouo occupanda: et loqui qd̄ non
ꝓdest scilicet iurando detrahendo et hmōi. Tūc orit
in tenebris lux tua etc. ¶ Tempus vo ad ieiunium or- 2
dinatum preter alias vigilias: que in ecclesia sub prece
pto cadunt: est tota quadragesima exceptis diebus domi
nicis: ita bene sub precepto cadit feria tertia quinta si-
cut sexta: quia dicit decretum ꝙ illud ieiunium a deo
stricte est obseruādū: vt q̄ vnū diē fregerit bis comedē
do: totā quadragesimā videt violasse sine inhonorasse
de cō. di. iij. nō liceat: et c. nō oportet. Cui⁹ causa est nō
solū q: chřs Moyses Helyas tot diebus ieiunarūt q̄rū
ieiunio ꝯgruū est nostrū ꝯformare ieiuniū: ȝ q: illi di-
es sunt quasi decima dierum totius anni. Sicut ḡ alia
decimam⁹ bona: ita rōnabili videtur: ꝙ etiā dies deci

menim⁹. Et sicut subtractio decimarū aliarū rerum nō
fit sine periculo/ita nec dierum: que quidem subtractio p
fractionē fit ieiunij. Quia dicit decretum: q̄ q̄ vnū vl
plures dies frāgit: decimā dierum non exoluit: de cō.
5 di. v. q̄dragesima. Hora aūt his diebus comedendi. no
na est: vt in aliquo plus expectet q̄ alijs diebus. ¶ Con
trariū aūt in his vel quo ad dies vel quo ad horam fa
cientes sine causa: que eos sufficienter excuset: grauiter
peccāt tanq̄ preceptorum ecclie trāsgressores. ¶ Cause
vo ab hac ieiunij generalitate excusantes sunt infirmi
tas debilitas minor etas impregnatio īfantiū nutritio
mendicitas qñ scz tm̄ simul congregare non pōt: q̄ p
vna sufficiat refectiōe labor: q̄ ex necessitate incumbit
laboranti. Ex necessitate ideo additur: quia nec volun
tarie peregrināntes excusant: nec illi q̄ habēt vnde ope
rarios pducant: q̄pūs tamen laborēt manibus: vt sum
ptibus parcant. Illi vo q̄ ex mala ɔsuetudine vel alia
causa minus legitima ieiunare nō possunt: p ecclie de
cretum elemosynis recō pensare debent defectū quem
in ieiunio cōmittūt: sicut patet di. xlj. nō cogitant: vbi
dicit: q̄ vitant preciosis: z dent pauperibz vilia: cōsue
tudinē infirmitatis sue redimentes. Sic q̄ v t dictum
est: vitā ducam⁹ in ieiunijs multis. ij. Cor. xj.

Ar. ij. ¶ Sed quia multis difficile videt tam multiplex tene
re ieiuniū: congruū videtur in hoc articulo ostendere:
4 quō facile inuenire poterūt: quod difficile videt: ostē
dendo: tam historia: q̄ experimēto: q̄ ieiunandi ɔsue
tudo ieiuniū leue reddit: cuius ratio patet. C. viij. ar.
ij. Historia etiā ostendit: q̄ in vi. pa. habet: q̄si mō qui
Exem sequit de q̄dā: cui tam difficile videbat ieiuniū: q̄ nul
lo modo ieiunare vt sibi videbat poterat: in q̄ casu se
ipm vincebat: z ieiuniū sibi leue faciebat: tali mō: pri
mo hora matutina qñ comedere solebat z fortiter ad h
temptabatur: dicebat sibijpi: vsq̄ ad tertiam ieiunabo p
amore dei: quādo vo ad terciā ventum est: sic dicebat
sibijpi de sexta: z de sexta vsq̄ ad nonā: z sic paulan
tim ad ieiuniū assuefactus: leue venit in vsu z opere qd
graue timuit in cognitiōe. Sic in pposito: illi q̄ carnis
inordinate sequunt desideria: si ad ieiunia eandē assue
facerēt carnē: facilius mille q̄ nūc vno ieiunarent die
bus. ¶ Hoc enī pter experimentū positum. C. viij. 2.
quotidiano etiam patet experimento: de pueris z pu
ellis delicate nutritis: q̄ quādo satis habuerūt: ieiuna
re bene nō poterunt: postq̄ vo religionē sunt ingressi
vbi frequēter parū habent ad comedendū: ex q̄dā con
suetudine sine magno ieiunant grauamine. A multo
fortiori hoc facere possent: q̄ laute semel in die pcuran
tur. Si eandem haberent vel voluntatē vel consuetu
dinem: de q̄bus Ambrosius in sermone de q̄dragesi
ma pudet inq̄t dicere senes z anicule q̄dragesimā faci
unt: diuites vo non faciūt.

Ar. iij. ¶ Sed quia hec consuetudo sine difficultate non obti
netur. In hoc articulo tertio necessarium videtur vti
5 litates ostendere: que habite in mente: vel opere diffi
cultatem illam alleuiabunt. ¶ Quarum prima est sani
tas: non solum mentis: sed etiam corporis: q̄ sicut me
dicus egrotis vel male dispositis abstinentiā imponit
vt sanitatem consequant corporis: ita deus ieiunium
christianis: vt sanitatem consequant tam corporis q̄
anime. Sic ergo abstinentia z ieiunium animabus cor
poribusq̄ sanādis salubriter institutum est. Sed heu
medico creditur corporis abstinentiā iniungēti: z me
dico non creditur animarū ieiuniū imponenti. ¶ Se
cūda est demonis z culpe expulsio: sicut patet. A. iiij. t.
¶ Tertia: quia carnem domat. Et contra spiritum de
biliorem reddit: sic spūm fortificat: sicut debilitate vna

parte exercitus fortificat alia: ppter hoc cum mihi mo
lesti essent: ego induebar cilicio: humiliabam in ieiunio
aiam meam: in ps. xxxiij. ¶ Quarta est mētis eleuatio.
Sicut enī falconē nutriens cibū subtrahit: fameq̄ eū
affligit: vt altius volet z ieiuna fortius pdam capiat:
ita tu deus corpali ieiunio vitia comprimis mentē ele
uas. ¶ Quinta orōnis exauditio: sicut dñs cit⁹ audit
seruū sufficienter punitū: sic scitote: qm̄ exaudiet dñs
preces vestras: si permanentes pmanseritis in ieiunijs
z orationibus Judith. iiij. ¶ Sexta est mortis eterna 6
euasio: que per culpam initiatur: z per penam consū
matur: quod figuratur Dañ. j. vbi Daniel z socij eius
abstinendo mortem euaserunt. Idē patet Hester. iiij.
vbi ieiunio triduano populo indicto: populus ab oc
cisione liberabat. Idem ostenditur quadam historia: Exem
qua dicitur q̄ cuidam ieiunāti sabbata z vigilias san
cte Marie bibendi tamen ante prādium: in mari cum
omnibz alijs submersis super planctā sedēti: z clamāti
sancte Marie cuius vigilias z sabbata vt dixit: ieiuna
rat: sancta Maria apparuit: dicens. Non ieiunasti mi
hi: nisi vnū diem: quia solū vna die a potu ante pran
dium abstinuit z pro illo inquit vno die: ista vna vice
te liberabo. Idem patet Jone. iij. vbi habet: q̄ Nini
uite qui predicauerūt ieiunium: z induti sunt sacco: et
liberati sunt a morte. ¶ Septima est spūalis conforta
tio: cuius signum: post christi ieiunium z tentationē
Math. iiij. Accesserūt angeli: z ministrabāt ei. ¶ Octa
uo est celestis hereditatis recuperatio: sicut enī aliquā
do contingit: q̄ hereditatē quam parētes gulose viuē
do vendunt filij parce viuendo redimunt. Ita heredi
tatem quam primi parētes nostri: per gulam perdide
rūt: per ieiuniū recuperare possumus. Unde Hiero.
in quadam epistola ad monachos. Gula nos de para
diso eiecit: ergo oportet q̄ esuries nos reducat.

¶ Ad hoc enim q̄ ieiunium tot conferat vtilitates de Ar. iiij.
bitas requirit circūstantias: intentionem videlicet mo
dum z elemosynam. ¶ Primo intentio ad hoc requiri 7
tur vt ieiunium propter dei placentiā vel pprium vtili
tatem vel peccatorum compassionē: sicut mater vidēs
filiū mori: ieiunat: sic David filio suo moriente. ij. Re.
xij. Sic etiam ieiunarunt super Saul vsq̄ ad vesperā
quia scilicet ceciderat. ij. Re. j. Qui vo alia ieiunāt in
tentiōe sicut hypocrite cum illo pharisco Luce. xviij.
dicente: ieiuno bis in sabbato: quorum phibet inten
tionem saluator Math. vj. dicens. Cum ieiunatis no
lite zc. Aut cū auaris qui abstinent vt parcant: ad mo
dum canis iacentis super fenū: q̄ nec comedit: nec pe
cora comedere permittit: sed super omnes latrat. Sic
tales otiños appropinquātes domibus illorum suspe
ctos: ne comedere veniant quod ipi comedere volunt
ideo super omnes murmurant ad quos ait Esa. lviij.
Ad lites z contentiones ieiunans: aut cum superbis:
z vindicatiuis: qui vouent vel pmittunt se velle a car
nibus vel vino vel a consimili abstinere: donec vindi
cati sunt more pessimorū iudeorū Actuū. xxiij. q̄ deuo
uerunt se non comesturos: nec bibituros donec occi
dissent Paulum Zacharie. vij. Cum ieiunastis nun
quid ieiunium ieiunastis mihi? quasi diceret: non: sed
contra me: diabolo male ieiunant. ¶ Aut vo propter
corporis ieiunant sanitatem: plus medici q̄ christi se
quentes regulas qui omnes in istis comprehendūtur
versibz. Jeiunat iustus medic⁹ simulator auar⁹. Spi
ritū carni laudi studio retinēdi. Qui oēs iusto excepto
dicē pnt illō Esa. lviij. Jeiunauim⁹ z nō aspexisti zc.
¶ Secūdo ieiuniū debet habere modū in edendo con 8
gruū: q̄ ille videlicet qui ieiunat non excedat: q̄ semel

comedit:tal'enī q̄ excedit tm̄ vna vice comedēdo:q̄ntū
duabꝰ vicibꝰ: q̄ comedit venter suꝰ: ꝓ duobꝰ obol' de-
nariū reddit. Nō vos sic:sed sanctificate ieiuniū. Jo-
hel'.ij. Corpꝰ aliter humiliādo: ⁊ elemosynas q̄ō sibi par
cit:dando christi doctrinā sequēdo Math.vj. Tu aūt
inq̄t cum ieiunas inūge caput tuū:id est christū in su-
is membris:oleo pietatis sc̄ās quia bona est oratio cū
ieiunio ⁊ elemosyna Thob.xij.

Ar.v. ¶ Predicti v̄o ieiunij cum p̄dictis circūstantijs neces-
sitas ex tribꝰ apparet. ¶ Primo q̄r est a deo quodāmo-
9 do in paradiso ordinatū:quandā nāq̄ abstinētiā p̄mis
imposuit parentibꝰ:q̄n eis p̄cepit:ne comederēt de ar-
bore scientie: ⁊ a christo in terra opatum: q̄n ieiunauit
q̄draginta diebꝰ Math.iiij. Et ab eccl'ia p̄ceptū ⁊ de-
terminatū in decretali li.iij.ti.de obseruatione ieiunij.
¶ Secūdo:q̄r deꝰ vult q̄ sui ieiunent ⁊ abstineāt:par-
cam vitā in hac vita ducēdo:q̄ ex hoc patet:q̄ sic pro-
phetas ⁊ ap'los nutriuit:quos potuit:si voluisset deli
cate pauisse. Vnde Jero.i quadā ep'la ad monachos
alium inquit panē:quā subcinericiū ⁊ aliū potū quā
vas aque:potuit deꝰ dedisse Helye.iij.Re.xix. si vo-
luisset: qui etiā multa milia hoim̄ q̄n voluit de paruo
pane pauit ⁊ potuit si voluisset discipulis panē dedis-
se:q̄n pre fame spicas ɔfricabāt. ¶ Tertio q̄r fractio ie-
iunij est periculosa:sicut patuit in p̄mis parentibꝰ:qui
abstinentiā eis a deo impositā frangētes:de paradiso eie
cti fuerunt quoꝝ casum timere possunt:q̄ ieiunia fran
gūt eccl'ie: ne expulsos ⁊ intrare volētes repellat: q̄ in-
colas expulit. Si enī ipsi ieiunia frangētes in paradiso se
tenere non potuerūt quod facilius videt̄:quomō cōsi
milia vel maiora frangētes ⁊ facientes illuc redibunt:
quod difficilius videt̄. Ad locū ergo illum cōuertimū
in ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu:id est in satisfactiōe ɔtritōe
⁊ ɔfessione. Johel'.ij.de hoc p̄iculo vide.G.v.7.

Ar.vj. ¶ Ab ista aūt ieiunij necessitate ⁊ fractionis periculo:
aut male aut bene se excusant. ¶ Male se excusant qui
10 causas falsas allegāt vel insufficiētes quoꝝ quidam di
cunt:q̄ ideo ieiunare nō possunt q̄r teneris vel debilis
sunt complexionis: vel capitis:q̄ si ieiunauerint:dole
būt vel quia nobiles sunt ⁊ delicate nutriti. ¶ Quibꝰ
respondet̄:q̄ quantūcunq̄ tales allegēt causas:si dili
gēter rei inquirerēt veritatem:inuenirēt hmōi fractio-
nis causam:plus in corde esse ⁊ mala voluntate: q̄̄ in
corporis vel capitis debilitate:q̄r in vigilijs malis qui
bus diabolo seruiūt diligēter: ⁊ excessiuis potatiōibꝰ
⁊ filibus diaboli opibus:que rōnaliter caput plus do
lere faciūt:plusq̄ corpus ɔsumunt ⁊ destruūt:satl' sūt
fortes:tales enī illi assimilant̄ de quo dictū est.C.ij.8.
¶ Contra illam enī quā allegāt complexionis teneri-
tatem:que eos ieiunare nō sinit:ad breuē horam oppo
nere deberēt ieiuniū eternum: cogitātes quomō illud
sustinere poterunt:q̄r cogitatiōe se vincere deberēt:po
tius hic cum Dauid pestilentiā triuum eligentes dierū
sc̄z contritiōis cōfessionis ⁊ satisfactiōis: q̄̄ famem se-
ptem annoꝝ:id est esuriem ⁊ penam eternā vel trium
mensium p̄secutionē:id est purgatorij passionem. Il-
lis v̄o qui nec sic se vincere volūt vt s̄m leges viuant
eccl'ie.loquitur Hiero.in quadā ep'la:dicens. Dic inq̄
quit nobilis sum: ⁊ delicate nutritus:ieiunare nō pos-
sum:ergo inquit viue lege tua: qui nō vis viuere lege
11 dei in oratiōe ⁊ ieiunio Mar.ix. ¶ Alij v̄o dicunt: q̄
hoc faciunt ratione societatis:quorum periculū osten
Exēm dit beatus Gregorius secūdo libro dialogoꝝ exempli
ficās d̄ quodā quem diabolus per socium talē loquēs
a proposito reuocauit ieiunij: qui semper ad sanctum
Benedictum ieiunus puenire cōsueuit: quem q̄dam

die versus eum venientem:quidam itineris sociꝰ bis
vel ter ad secum comedēdum inuitabat: cui in fine cū
locum ad hoc inuenirent aptum ɔsensit:quod factum
Benedictus statim vt ad eum venit improperauit:ac
si presens fuisset:asserens q̄ diabolus in via per sociū
ei locutus fuerat: ⁊ ad ieiunij fractionem illum induxe
rat frequēter nanq̄ per malos socios obtinet quod p̄
se abstinere nō valet. Caueant ergo ieiunātes cogitā-
tes:q̄ ille per socios eis loquitur tentationem: qui per
seip̄m ad christum accessit ieiunantē. Math.iiij. Be-
ne autem se excusant: qui necessitates habent de q̄bus
dictum est supra.e.e.iij.quia s̄m Decretales q̄ in qua-
dragesima propter necessitatem vel infirmitatem ieiu
niū frangūt: etiā carnes comedendo excusant̄. Extra
de re. iuris q̄ō nō est. ⁊ li.iij.titulo.xlvj.de obseruatiōe
ieiunij: ɔsiliū.§.p̄terea.

Inconstantie. Primo po- I.ij.

nēda est distinctio. Secūdo cause. Tertio effe-
ctus. Quarto signa. Quinto respōsio cū reprobatiōe.
Sexto pena.

¶ Mutum ad primum inconstātiarum quedam est in Ar.i.
corde ⁊ corpore;quedam in corde solo. ¶ Prima quo-
tidie ad oculum patet in omū exteriori ornamento siue i
capillorum siue vestimētorum illorum videlicet d̄ qui-
bus Seneca Rhetorice sue li.iiij. Ad noua inquit ho
mines currūt adeo; vt quicquid insolitum est in turba
notabile sit. ¶ Secūda in his absconditur; qui cum car-
cerum clausuris vel ꝓfessionibus vl' alijs resistentibꝰ
impedimētis:soliditati quam in exteriori innuere osten-
dūt homine leuitate venti quam interius preferūt ob-
uiare nō possunt:de q̄bus beatꝰ Gregoriꝰ sup Ezech.
Homel'.x.semetip̄m inq̄t abnegat:qui mutatꝰ ad me
liora incipit esse quod non erat:sed quosdam vidimus
habitum non animum mutasse: ita vt religiosam ve-
stem sumerent:sed ante acta vicia non calcarent ire sti-
mulis fortiter agitari malicie lesione feruescere de ostē
sis bonis superbrie: presentis mundi lucra inhianter
q̄re:de solo exterius habitu sanctitatis fiduciam hr̄e.

¶ Vtriusq̄ autem inconstantie cause multe sunt:quo- Ar.ij.
rum vna est falsitas:quia sicut opus non est constans
quod super falsum fundatur fundamētum. Tale nāq̄ 2
q̄ opus faciliter a dextra ad leuam: ⁊ econuerso agitur
sicut arbor debilis in radicibꝰ. Sic vir duplex animo
inconstans est in omnibus vijs suis. Jaco.j. ¶ Secū-
da est stulticia:quia sicut luna ita stultus: vt luna mu-
tatur Ecclesiastici.xxvij. de cogitatione in cogitationē:
de desiderio in desiderium: de opere incepto ad nouū
incipiendum:anteq̄ primum perficiat̄: quia teste Se-
neca stulto nihil est constās:nihilq̄ diu placet. ¶ Ter-
tia causa ⁊ inconstantie mater est impatientia: qua q̄s
impatienter sustinet illa que in proposito vel statu vel
opere aduersantur: ex quo sequitur: q̄ in nullo statu
proposito vel opere se volūtate constantiam habet; q̄r
dum in quocunq̄ tali aduersa inuenit que impatiēter
fert:alia querit proposita loca vel statum in q̄bus non
est tediū expertꝰ:tanq̄ tedij inuenti ⁊ experti:fugam ⁊
remediū:cū in statu suo quem inexpertꝰ lucentem vi-
debat sine tedijsq̄ esse credebat. Tertia impatiēs inue
nit inopinata de statu suo nō ɔtētat̄. Et ideo statū aliū
affectat: ⁊ querit cuiꝰ pulchrā exteriꝰ videt apparentiā;
sed interiora inexpertꝰ est tedia: q̄ cū expertꝰ fuerit:ite
affectꝰ fert̄ de secūdo in tertiū:de tertio in quartū;sic de
inceps vsq̄ illiꝰ incōstātiam:mortis vicerit constātia;
sic de p̄rio statu ferebat̄ in secūdū. ¶ Exponit ad h̄ exē- 3
plū Boetiꝰ de disciplina scol'arū d̄ q̄dā quē ab effectu

Exē filiū vocat incōstāte q̄si mō q̄ sequit̄ hic a parētibꝫ ad
scolā posit᷑:de ea ad eosdē rediens se de statu illo plus
nolle asseruit:quia forsitan ibi verberabat̄. Mercatōi
ergo sicut elegit expositus:periculaq̄ꝫ terre ꝛ mari᷑ que
talibꝫ ꝯtingunt expertus:idem de illa asseruit arte iterū
ex ꝓpria electōe milicie expositus:videnſq̄ꝫ ict᷑:q̄ susti
nēt ꝛ pericula q̄ iminēt in bell᷑ ꝛ hmōi:illā etiā vitā re-
futauit. Sic etiā ð Astrologia:q꞉ nimis vigilare opor
tuit. Sic etiā saciat᷑ ꝛ attediat᷑ fuit ð vxore sua:aliā vi
dens plus placentē videnſq̄ꝫ oīm arte vel statu tedia:
que impatiēter sustinuit:dixit se nolle hoiem esse:q꞉ in
oīm hoim statu tedia inuenit:vel timuit inuenire. Sic
illi q̄ impatienter tedia tolerant in vno loco vel opere
occurrētia: nunq̄ꝫ in aliq̄ loco vel ope ꝯstantes erunt:
q꞉ in oīm loco ꝛ ope tedia inuenient. Non sic virtuosi
exemplū sequētes bonoꝝ:de q̄bꝫ cū in maximis essent
aduersitatibꝫ ð᷑.j. Mach.ij. ꝙ mathatias ꝛ filij ei᷑ cō-
4 stanter steterūt. ❡ Quarta causa ꝛ cōstantie mater est:
mala ꝛ inordinata voluntas:diuersimode tamē in di-
uersis:q꞉ in hoibꝫ q̄ sui iur᷑ sunt:in seculo remanētibꝫ
totius incōstantie causa in ornamēt᷑ ꝛ capillatur᷑ ꝛc̄.
Est volūtas ꝛ appetitus curiositat᷑ ꝛ singularitatis ꝛ
vanitat᷑:ex qua accidit ꝙ null᷑ mod᷑ in talibꝫ eis diu
placeat:q꞉ exq̄ illud quod singulare ꝛ curiosum vtpo
te raro visum in p̄ncipio fuit:incipit esse a mult᷑ vsita-
tū ꝛ visum:incipit eis displicere qm̄ cessat singularitat᷑
ꝛ vanitatis causa:ꝛ hoim admiratio:ꝓpter q̄ in princi
pio placuit:ex quo accidit ꝙ nouā excogitāt curiosita-
tem:vt de nouo hoies sup̄ se admirari faciant. ❡ To-
tius vō inconstāne causa in illis quo ad cupiditates ꝛ
acq̄sitiones:ꝙ nulle diuitie vl᷑ status vel terra vel offi
ciū eis diu placeat:est illoꝝ voluntas insanabilis:ex q̄
seq̄tur:ꝙ illud acq̄situm in quo sine maiori cupiditate
quā anteq̄ꝫ illud haberēt ꝑseuerant semp̄ sinistre cogi
tant:iudicātes se illo habito sat᷑ habere tanq̄ꝫ nihil re-
putant ꝛ a p̄ori voluntate tanq̄ꝫ inconstātes recedunt
semp̄ maiora cupiētes sicut pꝫ. A.xxvij.f. Et hec est
causa q̄re apud eos in pctō oīa ꝯstant Col᷑.j. Apud
5 quos solius peccati ꝯstantia habet̄. ❡ In his vō q̄ sui
iuris ex ꝓfessione esse nō deberēt tot᷑ incōstāne causa
ꝛ mater est ꝓpria q̄ꝫ retinuerūt ꝛ reacceperūt volūtas:
nihil q̄ppe hoiem in ꝓposito vel loco vel statu incōstā-
tem facit nisi aliq̄d quod sue voluntati ad plenum nō
satisfacit vel aliq̄d quod sue voluntati cōtrariat̄ ꝛ dis-
plicet. ❡ Ad hoc ḡ ꝙ incōstātia in aliquo oriat̄ duo cō
currunt:volūtas videlicet ꝛ displicētia:q̄ totā volun-
tatem suam in manu posuerūt superioꝝ ꝛ volūtate il-
loꝝ nulla eis retinētes in oīm loco ꝛ statu in q̄bꝫ semp̄
superiores ponunt̄:ꝯstantes erunt:q꞉ cū nullā habeāt
voluntatē:nihil fieri poterit p̄ter illoꝝ voluntatē: ꝛ ꝑ
ꝯsequens nihil eis displicebit:de hoc ꝙ ꝯ illorū nō sit
Exē voluntatē. Et sic dixit q̄dam antiquus ꝛ valēs religio
sus:ꝙ nunq̄ꝫ fuit ꝯ eum ordinatum aliq̄d vl᷑ positum
ꝯtra eius voluntatē:q꞉ illum sequebat̄:q̄ ait:pater nō
mea:sed tua volūtas fiat. Et Job etiam q̄ ait:suspen-
diuꝫ elegit aīa mea Job.vij. q̄ sic res q̄ suspēdit̄ facilit̄
cedit ipellēti:nullūq̄ꝫ aliū habet motū:preter motū im
pellentis:sic volūtas religiosi nullū aliū motū hr̄e de-
bet p̄ter motū ipellent᷑: ꝛ tunc nunq̄ꝫ impellenti resi-
stet:nec ꝯtra eum murmurabit:q꞉ nihil quod cōtra eū
ordinatum est ipm̄ grauat. Sic sancti ꝯstanter moue-
bant̄ ad omnia opa dura:ꝛ etiam tormēta sustinenda
ꝑ motum spūssancti:q̄ oēs in vno ammonet:dicēs:
6 ꝯstans esto Paule Actuū.xxiij. ❡ Illi vō q̄ ꝓpriā reti-
nent volūtatem:in oīm loco incōstantes erunt quia in
oīm loco displicentiā inuenient. Quia cum voluntas
superioris ꝛ voluntas illorū non sit in facto oīno ea-
dem:oportet ꝙ sit in aliquo diuersa. Sed diuersa vel
ꝯtraria voluntas:causa est displicentie. Ex hoc eīm ꝙ
videt volūtatem superior᷑:sue volūtati aduersari:do-
let. Cum vō hoc in oīm loco cōtingere oportebit:quia
in oīm loco diuerse volūtates:diuersas habēt affectio-
nes:sequit̄ ꝙ oīs locus tali displicebit: ꝛ sic semp̄ in-
constās erit: quod pulchre q̄dem fingitur exemplo de Exē
quodam q̄ inuenisse fert̄ lapidem quadratū:in cui᷑ su-
periori parte scriptum erat latus meū doleo:ideo verti
volo verte ꝛ inuenies:quem cum ad omne latus ver-
tisset:in oīm parte eadem inuenit scripta vba. Et sic si
illum tam diu reuoluisset: q̄ꝫdiu illa verba inuenisset:
nunq̄ꝫ a reuolutiōe cessasset. Et ideo cum ex oīm parte
idem inuenisset:non obstāte ꝙ diceret verte: ꝛ inueni-
es:reuolutor tamē illum reuoluere cessauit. Sic non-
nulli inuenientes in vno quod ꝓprie:quam malam ha-
bent:contrariat̄ voluntati:ꝓcurant ꝛ scribūt ad illos
quorum interest latus meum doleo:tali vel tali de cau
sa:verti volo ad alium locum:verte ergo ꝛ inuenies ꝙ
ibi bene ꝛ pacifice me habebo. Sꝫ si eum vertat amo-
ueat ꝛ reuoluat ad quemcunq̄ꝫ voluerit locum semp̄
eandem ab eo habebit scripturam ꝛ clamorem cuius
causa est:q꞉ celum ꝛ non animū mutat. ❡ Et pro tanto
congrue respondisse legitur Socrates cuidam querē-
ti:quare peregrinationes ꝛ locorum mutatiōes ei mi- Exē
nime valerent:cū nihil per hoc proficeret:q̄d inq̄t mi- 7
raris tibi peregrinatiōes non ꝓdesse:cum te ꝯferas te-
cum:premit eīm eadem causa que expulit:ideo terrarū
nouitas nō potest prodesse. Ideo fuga te nō iuuat: q꞉
tecum fugis:onus animi deponendum est anteq̄ꝫ tibi
vllus placebit locus:vadis huc: ꝛ illuc: vt pondus ex
cutias:quod iactatione fit incommodius:quia sicut in
naui onera immota minus vrgent:mota vō ꝛ inequa
liter deuoluta:partem in quā decumbunt immergūt:
sic egrum motione ꝯcutiētis animū. Ideo Seneca ta-
les hortatur epistola.xxix. dicēs. Animum inquit nō
zelū mutare debes vt ait poeta:aliter sequūtur te quo-
cunq̄ꝫ ieris vicia:vbi vō vicia sequūtur:stabilitas nō
erit nec quies quia sicut vbi in pede est spinarum pun-
ctio:ibi est dolor ꝛ inq̄etudo:ita vbi est zelus ꝛ ꝯtētio:
ibi incōstātia Ja.iij.
❡ Ex predictis vō inconstantie causis in his q̄ sui sūt Ar.iij.
iuris:duplex sequitur effectus ꝛ exterior ostensio. In
quorum vno simijs: in alio iudeis assimilant̄. ❡ Pri- 8
mum patet:quia sicut simia: quod videt alios facere:
facit:ita inconstātes aliarum terrarum gentium simile
quicquid illos nouitatis facere vident:facere nitūtur:
quibus cōpetit illud quod scribit Gerardus cambren
sis in itinerario suo. Gens inquit non min᷑ animo le-
uis:q̄ꝫ corpore:gens in oīm quidem mobilis actione:sꝫ
in malo pertinatior:nullius nempe rei:preter incōstā-
tie solius constātiam habet nulla in eis fidei vel veri-
tatis reuerentia que non solum in serijs ꝛ necessarijs:
verū in ludicris oīm fere verbo dextre manus proten
sione fidē gratis effundere consueuerunt. Et sicut arū Arundo
do vento vel tempestate superueniēte se inclinat: ꝛ ite-
rum se erigit ꝛ alia tempestate ex alia parte veniēte: ad
aliam se inclinat partem. Sic illi modo vni quem do-
minari vident:vel cuius dominiū timent:capita incli
nant:eiq̄ꝫ man᷑ ꝓtendentes iurant fidelitatem vsq̄ꝫ ad
mortem:ꝓmittētes ꝙ verius iurarēt:si vsq̄ꝫ ad tempe
statē ex alia parte surgētem in iuramēto includerēt: q꞉
sine hoc iurēt siue non:sic tn̄ erit. ❡ Scd̄m pꝫ:q꞉ qd̄ ð 9
pessimis Iudeis scribit̄.ij. Machab.iiij. ꝙ videlicet
patrios honores nihil habētes:grecas glias optimas

quod de pessimis iudeis scribit.ij.Macha.iiij.q videlicet patrios honores nihil hn̄tes grecas glīas optias arbitrabant̄:τ eoꝝ instituta emulabant̄:ac p oia eis similes esse cupiebāt:quos hostes τ pemptores habuerant pulcherrime eis cōpetit:qꝛ ipi aliarū gētiū sequūtur rit⁹ τ nouitates:q̄ quātū possibile est illoꝝ sunt pemptores:τ terrarū inuasores:q̄ illos nec diligūt:nec ritus illoꝝ recipe aut nouitates sequunt̄. Illi v̄o q̄ sui iuris non sunt in effectu inconstātie cuidā fonti assimilant̄:ad radicē montis olimpi:de q̄ scribit̄:q p singulas horas suā mutat saporē τ sic in vtrisq; incōstātia pcupiscētie transuertit sensum Sapi.iiij.i.velocitē vertit. Nota.S.xiiij.8.Que q̄dā velox vertigio pmo vanitatē mētis:secūdo elongationē signat a deo.

Ar.iiij. Arundo ¶ Primū ptz:qꝛ sicut ptinua τ facilis arūdinis agitatio:interiorē signat vacuitatē:ita velox ꝑposite mutatio virtutū in interiori hoie nuditatē, τ cordis signat
10 infirmitatē. Vñ Seneca.Ecce vagaris de loco ad locū inq̄etari:egri animi est ista iactatio. ¶ Ad idē Augustin⁹ quē allegat decretū di.xlj.c.vlti.dicens.in cōpositio em̄ corpis vt Augustin⁹ ait qualitatē mētis indicat. Vñ histoiographo⁹ glosa.i.poeta. Salustius.Cū ei⁹ scz catiline mutabilitatē describeret:cui⁹ conscientia excita.i.excitata vel excecata curis mētem vastabat:inter cetera hoc etiā notabile indicauit incessus ei⁹ modo ci⁹:modo tard⁹.Quibo btūs pcordat Gregori⁹:dicens:q̄ in q̄t statū mentis pdidit p motiōis incōstantiā fluit atq; exteriori mobilitate indicat:q natura interior:firma radice nō subsistit. Vñ Seneca.Incōstantis animi est discurrere τ locoꝝ varietatibꝫ inq̄eta
11 ri. ¶ Scd̄m etiā ptz:qꝛ sicut velocitas τ mot⁹ stellarū elongationē illarū a polis significat:qꝛ ille q̄ plus polo immobili appropinq̄t:minorem faciunt circulū:minusq; mouent̄:ita illi q̄ in vita τ moribꝫ plus deo appropinquāt in mobili constātiores sunt in bono. Illi v̄o qui plus ab eo distāt magis in interiori τ exteriori hoie sunt mobiles. ¶ Et est exemplū sensibile de vtrisq; in axi τ rota:in q̄bꝫ videt̄ q ps rote:q̄ pl⁹ axi vel rote appropinq̄t centro minorē habet motū:qꝛ in mouēdo minorē facit circulū:ita in ꝑposito illi q̄ in vite pfectione plus deo q̄ est q̄si centrū tot⁹ vite:τ mediū imobile:qd̄ vt ostēderet in medio fuit aialiū:discipuloꝝ τ latronuꝫ:cui⁹ duo poli sunt desideriū gaudij: τ timor supplicij: circa q̄ rota seu circūferētia fortuna est vite: in q̄ rota:qui plus deo appropinq̄t:min⁹ tribulatiōibꝫ turbat̄:sicut ostēsum est.C.v.56.vel vanitatibꝫ τ ꝓprijs voluntatibꝫ mouet̄:qꝛ de⁹ in medio ei⁹ nō commouebit̄:in ps̄.xlv.Qui v̄o ab isto centro totalit̄ p peccatū diuidunt̄ om̄i tribulatiōe tentatione τ vanitate τ ꝓpria voluntate mouent̄ sicut puluis τ palea a grano separata:q̄ v̄o vanitatibꝫ multū elongant̄:licet nō totalit̄ adhuc diuidant̄ habet tm̄ magnū in seculi angustijs:τ terrenis cogitationibꝫ in vita motū quēadmodū rote cōferētia.Et sic intelligi pōt illud Ecc̄i.xxxiij. Pręcōcordia fatui q̄si rota currꝫ ingredere q̄ in medio rotaꝝ Ezech.x.qꝛ optimū est gr̄a stabilire cor Heb.vlti.Contra om̄ia mala τ incōstātias q̄ numerant̄.Sapi.xiiij.Furtū fictio infidelitas turbatio tumult⁹ aiaꝝ in q̄natio nuptiarū inconstantia mechia τc̄.

Ar.v. ¶ Ab isto aūt inconstātie vicio excusant se quidaꝫ male:quidam bene. Male se excusant:qui magnā in ve-
12 stibus τ om̄i exteriori homine ostendūt inconstantiā. Asserentes se hoc facere:vt seculo τ socijs se conformēt. Nota contra tales.O.vij.11.Tales em̄ fatuo assimulantur:qui cum latronibꝫ ad suspendiū rōne societatē ꝓperabat.Quādo em̄ mundo se in talibꝫ conformant:non contra mundū pugnant:sed a mundo pigri sine victoria vincunt̄.Sicut em̄ a diabolo vel carne victus peccat.Ita qui mundo quādo tamen in generali indicitur bellum hominibꝫ in predicādo:quid mundi nomine censet̄:ignorant:tamen in speciali quādo mūdi vident vanitates:contra quas vel pugnāt vel ab eis vincunt̄ in facto eius pugnas intuent̄:quas sicut carpugnas vincere tenent̄. Si philosophi naturali victi ratione seipos vincebāt:sicut dicit policraticon.l.viij.c.vij.q demostenes ꝓliatus est cum rerum natura:et victor abijt:malignitatē eius pertinacissimo animi robore supando:itaq; alterū demostenem natura:alteꝝ industria est enixa.Quanto magis etiā christiani mūdum vincere:in quo debilior est pugna.Et nolite conformari huic seculo Ro.xij.Sed fugite eā que de mūdo ēst cōcupiscētie corruptionē.ij.Pe.j. Sicut ptz.C.
xiij.3. ¶ Alij v̄o bene se excusant:sicut illi q̄ quandoq; 13
vagi reputant̄:τ inconstātes:eo q sicut Petr⁹ ad Corneliū Philipp⁹ ad Eunuchū Augustin⁹ ad anglicos Israelite ad terrā sanctā:gr̄a pdicationis ad infideles discurrere τ ꝓ chr̄o ad barbaras nationes peregrinari volunt:qui em̄ hos notat quare om̄es aplōs τ specialiter Paulum:qui quasi p totum mundū discurrebat non notant.Sed videtur q idem accidat nūc illuc ire volentibꝫ:τ impedientibꝫ:q quādoq; israelitis accidit τ egyptijs:qꝛ sicut israelitis volentibꝫ ire in desertū vt sanctificarent deo:sicut patet Exo.v. Egyptij eos detinebāt:vt edificarēt domos τ colligerēt paleas:ita isti vt colligant blasfē τ murmurationē ab his qui irritauerūt ascendētes in mare mare rubrū:in ps̄.cv. Et qui veritatem dei in iniusticia detinent.Ro.j.contra quos tamen quādoq; in magna stabūt ꝯstātia Sapiē.v.Nota.P.iij.9.

¶ Pena v̄o inconstantium τ periculum ostēdit̄ in par- Ar.vj.
te Sopho.i.vbi deus talibus minatur:dicens:visitabo super principes:τ super filios regis τ super omnes 14
qui induti sunt veste peregrina:quod verbum nō solum de clericis intelligi potest:qui vestem induunt in colore vel forma nimis secularem ad quos ep̄s dicere deberet visitabo τc̄.Sed etiaꝫ de secularibꝫ:qui vestiū formas frequēter mutant:vt vanis hominibꝫ τ alijs nationibꝫ se maniter conformēt:quos deus visitat in terra ꝓpria:nimijs gladijs eos occidēdo:τ in terrꝭ aliorū turpiter capiēdo τ captitudo timorē incutit visionis maioris dicēs:τ erit vlulatus τ planctus:quando scilicet in infernum cadent:non ꝓpter vestem:vt vere asserunt:in qua non est peccatum:sed ꝓpter inconstantiam τ peccatum:quod interius figitur ꝓpter hoc enim tunc cadet:quia si ille qui non est firmus in sella:sꝫ equitando quasi ebrius ad omnem partem mouetur:non poterit forti aduersarij impulsui resistere quin cadat. A fortiori ille qui non est firmus τ constans in mente τ vita:non poterit impulsu diaboli firmissimo in morte resistere.Qui ergo nunc stat videat ne tunc cadat.j.Cor.x.

Infirmitatis. Prio osten- J.iij.

ditur distinctio.Secundo corporalis infirmitatis causa. Tertio dei ipam imitentis intentio.Quarto q est signū diuine dilectionis.Quinto vtilitas.Sexto q est patiēter tolleranda.Septimo qualiter infirmum visitans se ad ipm habebit. Octauo visitātium τ ministrantium vtilitas.Nono q pro infirmis est instanter orandum.

¶ Circa primum:infirmitas:alia anime:alia cor- Ar.j.
raueritis: viuit dominus. ¶ Exemplum vo secūdi re
medij habet̄. Primo in facto Nabuchodonosor q̄ tur
pitur cōtra deum loquētes castigari precepit Dan.iij. 33
dicens: quicūq3 dixerit blasphemiā contra deū dispe
reat etc. Secūdo in facto sancti Ludouici quondā re Exem
gis francoꝝ: qui tales iussit ferro ignito in facie signa
re ad perpetuā rei memoriā: postmodū vo ordinauit
q tales in quodā ligno alto in loco publico ponerent̄:
q lingua eorum scala vocat̄: in qua similis est forma et
passio et qui in regno anglie scandēdo bursas imponi
tur: in regno etiā Cicilie talium lingue scindi iubent̄.
Si principes et dīi moderni: talia nunc vbiq3 terrarū
contra turpiter iurantes: ordinarent citius ipsi q̄3 pre
dicatores corrigerent: quia citius metu penarū sensibi
lium: q̄3 metu penarū eternaliū: quā predicatores cō
minant̄: talia dimitterent. Si vo dicere velint: q taliū
criminū correctio vel punitio ad viros ecclesiasticos:
et non ad eos pertinet: hanc responsionē reprobatā vi
deant. ff.iij.28. Et in decretali li.v.ti.vj. de iudeis. c. in
nōnullis: vbi scribit̄ q iudei christum blasphemātes
per principes grauiter sunt puniendi: de quo in cle. c.
vnico. c.ti. ¶ Ex quo sequit̄: q potius vt videt̄ a suis
culparum maculas abstergere debeat quibus plus te
netur: qui audierit vocem iurantis Leuit̄.v. Nolen
tium vo talia corrigere: nec contra talia crimina reme
dia adhibere opportuna quāta sit peruersitas multis
ostenditur exemplis.
¶ Si enī peruersus reputat̄ seruus: qui iniurias non Arti.xj.
vindicat domini sui: peior videt̄ qui iniurias nō vin
dicat dei sui: et si ꝯ iniurias ꝓprias remedia sciūt adhi 34
bere: quare talia non adhibent ꝯtra iniurias deo illa
tas. ¶ Tali consideratione motus quidā miles fertur Exem
magnum ciuē percussisse parisiensem turpiter iurantē
de quo cum apud regem esset accusatus et citatus: re
spondit q ideo hoc fecit: quia vilificauit deum suum.
Tu inquit domine mi rex: nō reputasses ministrū tibi
fidelem qui non vindicasset grauem iniuriā vobis fa
ctam: imo ꝯtra talem iratus esses: vindicantē vo plus
diligeres: quare ergo contra me irasceris: quia dei vin
dicaui iniuriā non vultis q deo honor adhibeat̄: quē
vobis adhiberi velletis a ministro vestro. Item si fili
os et filias et familiā curialitatē docent qualiter videli
cet se reuerēter ad oēs habebunt homines ad quos
si incurialiter se habuerint: illos acriter reprehendunt
et corrigunt: que peruersitas est illos non informare:
quomō curialiter et reuerenter se habebunt in his que
ad deum et sanctos suos pertinent illorum nomina ir
reuerenter nominādo vel quare non puniunt contra
rium facientes. ¶ Item si filij magnā irreuerentiā pa
tri illatam nō grauiter ferant: vel nō corrigant ꝓ posse
sed de tali cōtumelia rideant peruersi iudicant̄: immo
potius dicerent̄ nō esse filij: ita in proposito. ¶ Item 35
si pater irascit̄ contra inhonorantē vel honorantē filiū
sicut patet per historiā que habetur in tertia parte spe

tali historialis de Amphilochio episcopo Iconie:qui
imperatorẽ Theodosiũ reprehendit de hoc ꝙ permi-
Exẽ sit arrianos hereticos in terris suis:quo correctionem
dissimulante: accidit semel predictũ episcopũ ad curiã
venire imperatoris: et patrem Theodosium videlicet
imperatorẽ et filium suum Archadiũ simul inuenire.
Episcopo vero patrẽ salutãte ⁊ nõ filium: quesiuit im-
perator quare filiũ suũ non reuereret. Cui episcopus re-
uerẽtia que tibi exhibet fit ⁊ filio tuo. Cui imperator:
sic reuerentia que filio meo fit:mihi fit. Cui episcopus
quare nõ irasceris contra non honorantes filium dei:
sicut irasceris contra nõ honorantes filium tuũ. Im-
perator tali victus rõne arrianos de imperio ⁊ regno
et dominio suo expulit:tale moderni christiani princi-
pes deberent iudiciũ inferre blasphemie Jude.j.

J.xiij. IVsticie. Primo ostendit
descriptio. Secũdo diuisio. Tertio differentia
inter iusticiã diuinã ⁊ mundanã seu interveram ⁊ ap-
parentẽ. Quarto qualiter vera iusticia haberi debeat.
Quinto talis possessionis ostendit vtilitas. Sexto ra-
ritas. Septimo iusticie ostendent impedimẽta. Octa-
uo iniusticie periculũ. Nono ostendet ꝙ iusticia que
malos punit: charitatẽ non excludit. Decimo ꝙ ma-
gnum meritum includit.

Arti.j. ¶ Quantum ad primũ iusticie descriptio dupliciter attẽ-
ditur: vel quantum ad picturam: vel quantum ad scripturã.
1 ¶ Quantum ad picturã dicitur: ꝙ antiqui qui virtutum
imagines sibi describi ⁊ pingi voluerunt: vt efficacius
eis imprimerent: tam vise quam audite iusticiam formare
solebant: ad modum imaginis hominis monoculi: vel
aliqualiter oculum claudentis ⁊ manci. Ratio autem
huius formationis hec erat: viderunt ex vna parte: ꝙ
actus iusticie est distorta rectificare viderũt: ex alia par
te ꝙ qui vult tortuositatẽ in re deprehẽdere ⁊ illã recti-
ficare: vnum oculum sinistrum videlicet claudit: sicut
patet de volente rectificare sagittam: ⁊ virtus visiua:
magis vnita conditionẽ rei vise certius ostendat: qua
visa si defectum in illa inuenerit: manu illum rectifi-
cat: ista de causa iusticie clauserũt oculum: vt tota intẽ-
tio iusticie ⁊ iusticie locum tenentis: sic ad negociũ de
quo agitur: applicetur: vt exclusis ab oculis eius qui-
buscunque iusticie impedimentis: solam equitatẽ rei de q̄
agitur videat: vt de illo verificet illud Ps.x. Justus
dominus iusticias dilexit: equitatẽ vidit vultus eius.
Non dicit pecuniã vidit vultus eius: vel amicitiã vel
quodcunque tale: sed solam equitatẽ. Hoc enim iusto con-
2 uenit iudici: ⁊ his qui iudicem informant. Si vero ali-
quid viderit in re illa contra equitatẽ: cũ manu, id est,
effectu illam rectificet gibbositatem: ⁊ ad equitatẽ de-
ducet. Et sicut videns maculã in facie propria illã ter-
git: ita in anima aliena: ne videat plus faciẽ quam animã
proximi diligere contra ordinem charitatis. Ad hoc enim
iusticie locum obtinent: quod est contra multos: qui mul
ta in visitationibus ⁊ alijs querelis audire ⁊ videre vo-
lunt: sed omnia differunt ⁊ dissimulant vbi lucrum nõ
imminet pecuniarũ. Macani vero ideo iusticiã descri-
pserunt: quia intellexerunt ꝙ multi qui iusticiã facere
tenentur vna manu eleuata: ⁊ lingua minant: ꝙ con-
tra omnes malos iuste ⁊ rigide procedere volunt: sed
postmodũ cum eadem manu vel alia munera recipiũt
et iusticiã peruertunt: sicut patet de duobus filijs Sa-
muelis.j.Reg.viij. de quibus dicit: ꝙ acceperũt mu-
nera: ⁊ peruerterũt iudicium. Sic illi in quorum manibus
iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus.
Antiqui ergo sapientes: volentes ꝙ iudices vna ma-
nu leuata iurarent vel pmitterẽt se iusticiã facturos: ⁊
alia manu munera nõ reciperent vt iusticiã euerterent
ab imagine iusticie vnam amputauerunt manũ: illam
videlicet qua munera recipere solent: qui iusticie iam
mortue sunt executores: ⁊ aliam solam ei dederũt ma-
num: cum qua iusticiã facerent de q̄ in Ps.xlvij. Justi
cia plena est dextera tua. ¶ De tali iusticie executore vel 3
procuratore qui oculũ habet clausum: ne discernat in-
ter potentẽ ⁊ pauperem: inter pulchrũ ⁊ deformem: q̄
manum nõ habet: qua munera recipiat qui ingredit
sine macula: ⁊ operat iusticiã in Ps.xiiij. dici potest il-
lud Esa.xj. Non secundum visionẽ oculorũ iudicabit: neque
secundum auditũ auriũ arguet: sed iudicabit in iusticia pau-
peres. Et hac de causa quidã phibuit pictorem de quo Exẽ
fertur: ꝙ videns hanc imaginẽ pulcherrimã hoc exce-
pto: ꝙ nõ habuit manũ ⁊ oculum cum esset pictor cau-
tus: voluit ei dedisse manũ ⁊ oculum: nesciens causam
quare sic facta esset. Nõ facies inquit alius: quia si ma
nũ ei dederis: latro: si oculũ: adulter erit. Unde versus.
Si manus affuerit predo: si lumina scortũ. Fiet si neu-
trũ: virgo perennis erit. Et sicut dixit christus Math.
xviij. bonum est ad vitam intrare cum vno oculo: quam
duos oculos habẽtem mitti in gehennã ignis. ¶ Sed
heu aliud omnino est iudicium de iusticia in pariete:
aliud de iusticia in opere: quia in pariete est ceca ⁊ man-
ca quantum ad ea que equitatem et iudicium peruertere
possent. Et tantũmodo videns ⁊ potẽs ad ea que vel
corrigenda sunt: vel que equitatis sunt ⁊ rationis. In
opere vero omnino econuerso: quia oculos ad terrena lu-
cra habent apertos: ⁊ dextera eorum repleta est mune-
ribus. Quantum vero ad ea que dei sunt vel equitatis: ocu-
los habẽtes clausos veraciter dicere possunt istud Sa
pien.v. Justicie lumen nõ luxit nobis: quia oculos ad
illud aperire noluerũt. Nota de hac materia. J.ix.11.
¶ Quantum vero ad scripturam iusticie descriptio habe-
tur: tam in lege ciuili: quam in lege diuina. In lege namque ci
uili habet institutis de iusticia et iure li.j.§.j. circa prin-
cipium in his verbis. Justicia est constans ⁊ perpetua
voluntas ius suũ vnicuique tribuens. Cuius tria sunt
precepta: honeste viuere: alterum nõ ledere: ius suum
vnicuique tribuere. ¶ In lege vero diuina descriptio eius
habetur Sapien.j. vbi dicitur ꝙ iusticia est perpetua
est et immortalis.
¶ Ex quibus descriptionibus simul cõparatis: patet ꝙ in Arti.ij.
verbis ad iusticiã pertinẽtibus: satis concordant lex mun-
di: ⁊ dei: sed in operibus magna inter illas ostendit diffe- 4
rentia in articulo.iiij. ¶ Justicie vero diuisio partim col
ligi põt ex verbis beati Aug.xiij. de trinitate.c.xxviij.
vbi ait: ꝙ duo pertinẽt ad iudiciariã potestatẽ: potẽtia
scilicet et iusticia inter q̄ talis ordo esse debet: ꝙ potẽtia seq
debet iusticiã: nõ preire partim ex verbis Aristotelis.v.
ethicorum. vbi iusticiã diuidit cõmutatiuã ⁊ distributiuã.
Horum q̄ sententiã in breuibus cõstringẽdo: patet iusticiã esse
triplicẽ: iudicatiuã: cõmutatiuã ⁊ distributiuã. ¶ Pri-
ma consistit in iudicijs faciẽdis. ¶ Secũda consistit in emptio-
nibus ⁊ vẽditionibus: in mutationibus ⁊ satisfactionibus: in pe
nitẽtijs ⁊ remissionibus ⁊ ceteris emẽdis faciẽdis ⁊ contracti
bus: vbi dat certũ pro certo: tantũ pro tãto: denarius bo-
ni pro denariato: certa emẽda pro certa culpa ⁊ sic de alijs.
¶ Tertia consistit in honorum exhibitione: in amorum accepta
tionibus: ⁊ donorum largitionibus. ¶ Prima equalitatẽ solũ-
modo respicit causarũ. Secũda valorẽ respicit rerum.
Tertia proportionẽ attendit personarũ. ¶ Prima cin- 5
gulo comparat: quia sicut cingulũ corporis medium
tenet locum inter partem corporis superiorẽ ⁊ inferio-
rẽ: equaliterque diuidit: ita iusticia iudicis: de q̄ Esa.xj.

Erit iusticia cingulum. Equaliter enī diuidere ⁊ iudi-
care deberet inter superiorē et inferiorem: inter diuitē
et pauperē: sine personarū acceptione. Sed heu non-
nullorū iudiciaria potestas in ista proprietate cinguli
non sequit conditionē: sed in vna alia que in cingulo
inuenitur: ꝙ videlicet ad ponderosiorē inclinat partē.
Quia sicut videmus: ꝙ cingulum plus inclinat ⁊ in-
curuatur ad illam partem: in qua bursa pendet ponde-
rosa: quia bursa cum denariorꝫ pōdere illud ad se tra-
hit. Ita potestas inquirendi vel iudicandi iusticiā ad-
uocatorū iudicium ⁊ iuratorū ⁊ omniū similiū: vt cō-
muniter plus inclinat ad bursam ponderosiorē: intm̄
ꝙ si iusticia nulla clare ex parte illa videat: clientem ta-
men confortant: bonum ei promittētes cause exitum:
plus in defectu testium ⁊ probationis vel alijs defecti-
bus alterius partis: ꝙ̄ in iusticia proprie partis de bo-
no. id est. optato exitu confidentiā habentes: qui veri-
tatem dei in iusticia detinent Rom̄. j. dum per suas in-
iusticias veritatem partis aduerse impediunt. Nota. A.
6 xiiij. 4. ¶ Secūda vero. id est. cōmutatiua mensure cui-
cunqꝫ comparatur: quia sicut mensura equalitatem ⁊
medium facit et ostendit inter partes mensuratas: ita
hec iusticia equalitatem facere et ostendere debet inter
partes ementes ⁊ vendentes: inter delinquentes et re-
media opponentes: ⁊ quouismodo contrahētes: ita ꝙ
in omnibus talibus cōditio respiciatur rerum ⁊ culpa-
rum: quia sicut in rebus mensurandis necesse est regu-
la ⁊ preceptum a deo datum Leuit. xix. Statera inquit
iusta ⁊ equa sint pondera: ita in punitionibus ⁊ medici-
nis anime: sicut etiā patet in medicinis corporis: quia
sicut statera dolosa: abominatio est apud deū Prouer.
xj. ita qui iustificat impiū: et qui condemnat iustum:
vterqꝫ abominabilis est apud deum Prouerb. xvij.
¶ Tertia vero iusticia. id est. distributiua: centro compa-
ratur ⁊ assimilatur: quia in medio circuli continetur.
7 ¶ Quia sicut a centro ad circūferentiā maiorem maior
et longior protendit linea. Ad minorem vero minor: ita
a iusticia distributiua: que est quasi centrum medium
tenens: quia virtus est habitus electiuus imediate con-
sistens: prout sapiēs determinabit sm̄ Philosophū. ij.
ethicorꝫ. Amoris vel largitionis ⁊ donatiōis linea pro-
ducta ad illum qui in virtutibꝫ ⁊ bonitate maioris est
ambitus: ceteris paribus maior esse debet. Quia cum
honor sit premiuꝫ virtutis sm̄ ph̄m virtuosiori maior
debet honor. ¶ Et sicut a centro ad omnē circūferen-
tie partē linea produci potest: ita ⁊ iusticia ad om̄ia iusti-
cie p̄cepta vel exhibitiones extendi debet: quia hec p̄-
cipit honeste viuere: neminē ledere: ius suum vnicuiqꝫ
tribuere: institutā de iusticia: propter qd̄ dicit philoso-
phus. v. ethicorꝫ. Ꝙꝫ iusticia est preclarissima virtutūꝫ
et vna de quatuor cardinalibꝫ: que primo precipit ho-
neste viuere: quo ad seipm̄. Et hoc p̄ceptū primo extē-
ditur ad iusticie procuratores. id est. qui ad faciendam
iusticiam locum tenent. Secūdo ad om̄es. Ad primos
extendit vt qd̄ alijs iuste faciendū imponūt: ipsi opere
compleant: hoc enī honestū videt: quia teste Vrbano
Turpe est doctori ꝙ culpa redarguit ipsuꝫ: ⁊ teste euā-
gelista. Cepit Jesus facere ⁊ docere. ¶ Exēplū ad hoc
Exm̄ scribit Tullius li. vj. de carindio tirro: qui propter sedi-
tionum pericula ordinationē fecerat: ꝙ qui contioneꝫ
intrans: ferrum secū portaret eodē perimeret. Ipse vero
postmodū de longinquo veniēs: ⁊ subito contionem
intrans cum ferro cuꝫ de hoc cōmemoratus esset in se-
ipso tenuit ꝙ alijs tenenduꝫ ordinauerat. Sic diligite
iusticiā qui iudicatis terram Sapiē. j. sic patere legem
8 quam ipse tuleris Seneca. Nota. L. iij. 7. ¶ Et nō so-
lum ipsi leges et iusticias quas in extraneis obseruari
volunt: obseruent: sed etiaꝫ suos propinquissimos ⁊ cha- Exm̄
rissimos illas seruare faciant: Exemplo Traiani impe-
ratoris de quo scribit: ꝙ tantā in suis iusticiā exercuit:
ꝙ filium proprium ad seruiendū eidem vidue tradidit Exm̄
quia filius suus indiscrete equitando: vidue filiū im-
potentē pro matris seruitio fecerat. ¶ Et nō solum sic in
seipsis: vel suis familiaribꝫ: leges suas obseruare debe-
rent: sed qn̄qꝫ propter suorꝫ ministrorꝫ defectum: vel pro-
pter causas ⁊ querelas diuersas de causis deuolutas:
ipsiqꝫ qn̄qꝫ inter alios iudicare deberēt: pauperū qꝫ co-
gnoscere causas. Exemplū ad hoc in factis sancti Lu-
douici. D. xij. 4. et i gestis Traiani imperatoris. ¶ In
quibꝫ continet ꝙ ad bellum cum exercitu pergens: vi- Exm̄
duam quandā obuiam habuit qui eum pro iusticia sua
in causa facienda interpellauit. Cui ille promisit: ꝙ in re-
ditu ei iusticiā faceret. Cui illa: quid si nō redieris: tūc
inquit successor meꝰ tibi iusticiā faciet. Cui illa: tu nūc
mihi debitor es: ⁊ nō successor tuꝰ: si ergo iusticiā mihi
nō feceris fraudē mihi facis ⁊ peccas: de quo factū suc-
cessoris tui te nō liberabit: qꝛ facta tua tibi valebūt: vel
nocebunt: ⁊ facta sua ei nocebunt vel valebūt: ⁊ nō ti-
bi: qꝛ iusticia iusti sup eum erit: ⁊ impietas impij sup
eum erit Ezech. xviij. Qui sic cōclusus ei iusticiā fecit:
propter hec ⁊ alia iusticie opera: beatus Grego. postmo-
dum pro illo orasse legitur ad salutē: qui se nunc propter
talia iusticie opera in celis coronatū videns dicere pōt
illud. ij. Thimō. iiij. Reposita est mihi corona iusticie.
Nota de iudice cuius caput Londonijs in fundamē-
tum ecclesie sancti Pauli inuentū fuit ⁊c. Nota. L. iij.
8. et. P. x. 2. Horꝫ ergo exemplo si vere vtiqꝫ iusticiaꝫ
loquimini: recte iudicate in Ps̄. lviij. ¶ Sed heu non- 9
nulli moderni iusticie aduocati: ⁊ iudices vt dicant: de
iusticia loquunt legesqꝫ cōdūt: quas nec in seipsis nec
in proximis nec in extraneis aliqd̄ eis dantibꝫ obseruāt:
quorꝫ periculū patet Ezech. v. Cōtempsit inquit iudi-
cia vt plus esset impia ꝙ̄ gentes ⁊ p̄cepta mea vltra ꝙ̄
terre que in circuitu eius sunt: ⁊ iuxta iudicia gentiuꝫ
nō estis operati: sicut p dicta patet exempla. Ideo hec
dicit dn̄s: patres comedent filios: ⁊ filij patres: tertia
pars peste ⁊ fame: ⁊ tertia pars gladio morietur. Nota
de hac materia. T. v. 4. ꝙ vicꝫ tales vindicte propter pec-
cata cōtingunt. ¶ Secūdo hoc iuris preceptū honeste
videlicet viuere: quo ad se ⁊ ad om̄es extēdit: vt vide-
licet gulose ⁊ luxuriose viuēdo brutorꝫ nō sequant cō-
ditiones: ne fiant sicut equus ⁊ mulus qbꝫ nō est intel-
lectus ⁊c. in Ps̄. xxxj. Qui enī sic viuit istud iusticie p̄-
ceptū trāsgredit: qd̄ sic ostēdit: ille q̄ brutalitē ⁊ sibiipsi
dānose viuit: nec honeste: nec iuste viuit. Nō honeste:
patet: qꝛ comparatꝰ est iumētis: nec iuste: qꝛ sibi dampnū
infert. Sed gulose ⁊ luxuriose viuētes brutaliter ⁊ si-
biipsis dānose viuūt: qꝛ dānificāt ⁊ corpus ⁊ aiaꝫ: hoc
enī ꝙ̄tum ad gulā ostēsum est. G. v. 3. 20. Ꝙꝫtum vero
ad luxuriā idē ostēdet infra loco suo ꝫ ⁊c. Hoc g̃ iusti-
cie p̄ceptū iplēdo sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamꝰ Titū. ij.
¶ Secūdo p̄cipit alterū nō ledere: ꝙ̄tuꝫ ad proximū in 10
quo prohibet ne proximꝰ in bonis ledat exterioribꝫ: p ra-
pinā: furtū: vsurā: vel consimili modo: nec in corpe ipm̄
verberādo vel occidēdo vel in fama ipsi detrahēdo vl'
obloquēdo: vel in aia ipm̄ ad peccatū ducendo. Sed sic
inter oēs sta i iusticia ⁊ timore Ecci. ij. vt dicere possis
cū Paulo sm̄ iusticiā q̄ est ex lege conuersatꝰ fuꝫ sine q̄re- 11
la Phil'. iij. ¶ Tertio p̄cipit ius suū cuiqꝫ tribuꝫ superio-
ribꝫ obediētiā ⁊ reuerētiā: paribꝫ amicitiā: inferioribꝫ
gubernationē: indigētibꝫ elemosynā: mortuis oronē.
¶ Primū vero licet omnibus superioribꝫ sit debitū: precipue

et excellēter deo: vt scz ei exhibeat̄ credulitas in corde:
reuerentia in ore: obedientia in opere: sit dn̄o deo nr̄o
iusticia Bar.j. Sic seruiam⁹ illi in sanctitate ꝛ iusticia
coram ipso oībus diebus nostris Luc.j. ¶ Quō aūt
secundū est iusticie debitū: natura ipa docet. Quid eīn
in natura iustius ꝙ ꝙ memb:ū iuuet membrū eiusdē
corporis: ita quid iustius esse pōt: ꝙ̄ ꝙ viuū membrū
christi ꝛ ecclesie adiuuet consilium dando: quo indiget
mutuādo: inimicū diligēdo: qꝛ nisi abūdauerit vestra
iusticia plusꝙ̄ scribarum ꝛc. Math.v. Et iniurias re-
mittēdo ostēdant mēbra vestra arma iusticie dn̄o Ro
ma.vj. Quō aūt tertiū iusticie debitū sit: natura docet
corporꝫ celestiū que suo motu inferiora mouet ꝛ guber
nat. Nisi ergo hoc faciat rōnalis creatura, id est, homo
multū vituperādus est: qꝛ cū iusticiā dei cognouissent
nō sicut deū glorificauerūt Rom.j. ¶ Ad quartū vō
alliciat merces viri iusti: sicut allicit mercatorē spes lucri
sic nos spes de qua in Ps.cxj. Dispersit dedit paupe-
ribus: iusticia eius manet in seculū seculi. ¶ Quintuꝫ
vō docet Hiere.xxij. facite inqt iudiciū ꝛ iusticiā libe
rate vi oppressum. Sic enim decet nos implere omnē
iusticiam Math.iij.

Arti.iij. ¶ Omnē iusticiā dico: ꝙ̄ natura ꝛ nomine iusticia est.
Pro quo est aduertendū: ꝙ magna est differētia inter
12 veram iusticiā ꝛ falsam: ꝙ̄ in vsu a multis habet̄: ꝛ so-
lo nomine iusticia nuncupat̄. ¶ Prima vō inter has
differētia est: ꝙ vera dei iusticia solū delinquentē eter-
naliter punit: dicens: ꝙ filius nō portabit iniqtatē pa-
tris: nec ecōuerso: sed vnusquisꝙ̄ in iniusticia quā ope
rat⁹ est: moriet̄ Ezech.xviij. Falsa vō iusticia: qn̄ꝙ̄ vbi
nullū est delictū: ꝑ facto: ꝙ in se delictū nō est: sꝫ iustū
illud nō facientē punit. Qn̄ꝙ̄ vō ꝑ delicto vnius: ali⁹
punit̄: ꝙ̄ circa h̄ nihil delinquit: verbi gr̄a. Judex ꝛ p̄la
tus ecclesiasticus: vel dn̄s tp̄alis: qn̄ꝙ̄ iuste aliū verē-
do vel eius homines iuste puniēdo: ip̄m offendit: de ꝙ̄
tn̄ offendi nō deberet. Sic ergo a malicia ꝓpria: poti⁹
ꝙ̄ alieno facto ꝓuocatus: vel precipit scz: dicens: fecit
ipse istud cōtra me: vel non vult illud facere ꝑ me qđ
peto: precipio vobis: ꝙ nullus de suis hominibꝫ vel
bestijs intret dominiū nostrū: quin male tractent̄ vel
arestentur vel si tale non habeat dominiū: in quo non
posset talia facere: aliorꝫ dominorꝫ ꝓcurat ballinos: vt
ipsi talia ꝯtra ip̄m cōmittāt: ip̄m qꝫ quantū pn̄t verēt.
Postmodū vō pauges ꝛ pauperū animalia vsꝙ̄ forte
ad mortē incarcerati: ꝑ facto ꝙ dn̄s illorꝫ iuste ꝛ discre
te: vel ponamus iniuste ꝛ indiscrete fecit: ꝛ qn̄ de emē-
da ꝛ cōcordia tractat̄: nullā de damno eis illato repor
tāt emendā: qꝛ nihil eis iniuriā patiētibꝫ tribuit̄. Sed
si aliqua emenda fieri debeat: totum fit dn̄is: qui nihil
amiserūt: ꝛ sic patet: ꝙ quicqd delirant reges plectunt̄
achiui: qꝛ iniurias vl' a dn̄is vel ꝑ dn̄is semꝑ sustinēt:
et cuꝫ illis lucra nō participāt: ꝙ̄ ideo potius vindicta
ꝙ̄ iusticia nuncupat̄: vel qꝛ iniuste fit: vel qꝛ eis fit: qui-
bus fieri nō deberet. Si eīn dn̄i mutuo se expugnātes
et odiū inter se habētes mutuo seip̄os excoriarēt: min⁹
curandū esset: sꝫ ꝙ subditi sic affligunt̄: dolendum est.
Sed heu perit iustus ꝛ nō est qui recogitet Esa.lvij.
13 ¶ Secunda differētia est: qꝛ vera iusticia dat̄: ꝛ fit sine
remunerādo: sine puniēdo ꝑ meritis: qꝛ teste Ps.lxj.
reddit vnicuiꝙ̄ iuxta opa sua: ille scz ꝙ̄ dicit. Ego iusti
cias iudicabo: in Ps.lxxiiij. Malos scz opprimendo: ꝛ
iustos exaltādo. ¶ Sed apud falsos falsorūꝙ̄ curias:
oīs iusticia ꝛ iniusticia fit ꝑ muneribꝫ vel alijs causis
illicitis. In curijs nāꝙ̄ illis: nullus pōt aliqđ expedi-
re nisi citrauerit: cui⁹ causa est: qꝛ vident̄ in domibꝫ vel
cordibꝫ suis clausam ꝛ seratā hēre iusticiā: ad cui⁹ aperi-
tionē alia clauis non est nisi pecunia: ꝛ nisi illa afferat̄
clamis iusticiā relinquis in terris Amos.v. Si vō ista
clauis assistit ꝛ cantauerit potius large ꝙ̄ alte: ꝛ caute
poti⁹ ꝙ̄ caste dedero: ꝙ nullo tp̄e de curijs illorꝫ exclu
dit̄: value ei aperiunt̄: sicut patꝫ. J.ix.15. cantatur ꝙ̄ ei
nō bn̄dictus ꝙ̄ venit in noīe dn̄i: sicut anniqtus specia
liter in curijs virorꝫ ꝛ p̄latorꝫ ecclesiasticorꝫ cantari so-
lebat: sed bn̄dictus ꝙ̄ venit in noīe nūmi. Et quicquid
fecerit siue bonū siue malū qualescūꝙ̄ insuꝑ cōditio-
nes habeat malas reputatuꝫ est ei ad iusticiā Jaco.ij.
sicut ptꝫ. M.xiiij.11. ¶ Contra iustū vō ꝙ̄ nō venit in
nomine nummi: dicūt corde: vel ore: vel vtroꝙ̄ illud
Sapiē.ij. Venite opprimamus iustū: qm̄ cōtrari⁹ est
operibꝫ nr̄is. ¶ Mūdi nāꝙ̄ potentes ꝛ patrie ductos 14
res ꝙ̄ falsos supportant ꝛ iustū opprimūt: omnē homi-
nē eis cōtrariū reputāt ꝙ̄ eis in malis suis nō ꝯdescen
dit: vel ꝙ̄ eis nihil dat vel eis subijci ab eisꝙ̄ duci non
vult. Et cōtra tales multas cogitant cogitatiōes ꝛ ma
licias quō illos opprimere possint. ¶ Itaꝙ̄ ex p̄dictis
patet: ꝙ illud ꝙ aliqua patria facit aperte morti addi-
ctos: vendendo: precium manifeste accipiēdo hoc falsi
homines faciūt occulte p̄ciū dignorꝫ morꝫ occulte reci-
piendo: nisi ꝙ isti peius faciūt: qꝛ illi dignos morꝫ: pre
cio aperte recepto liberant sine periurio. Isti vō nō so
lum mortis reos periurio liberant: sed etiā iustos ven-
dūt ꝛ opprimūt ꝛ vite dignos morti adiudicāt: ꝛ tanꝙ̄
iniustos iudicāt dicētes malū bonū ꝛ bonū malū: qui
iusticiā iusti auferunt ab eo Esa.v. Nota M.xiiij.16.
Item nota penam eis debitā. P.ij.34. et. P.iiij.25.
¶ Auferunt inquit vel aperte ꝛ cum fortitudine: sicut
hi ꝙ̄ in parentū vel diuitiarū vel naturaliū virtū vel
malorꝫ hominū auxilio: plusꝙ̄ in iusticia cōfidentes:
ꝙ̄cꝙ̄d eis nō placet ꝯ eos iustū putāt: illudꝙ̄ ꝓterue et 15
potēter vindicāt: dicētes ꝛ obijciētes ꝯ factū illorꝫ rn̄-
dētes illud Sapiē.ij. Sit aūt fortitudo lex iusticie: vl' oc-
culte eis insidiando: qn̄ vicꝫ aperte eis nocere nō pn̄t:
nūc amicos ꝛ alios quos credūt eis nocere posse ꝯtra
illos ꝓuocāt vt ꝙ ꝑ seipsos facere nō pn̄t: ꝑ alios fiat
et male lucranniū qđ nō pn̄t facere vno modo: vel fal-
tē alio mō ꝓsternat̄. Et iusticia iusti nō liberabit eum
scz de manibꝫ eorꝫ Ezech.xxxiij. ¶ Tertia differētia est 16
in h̄ ꝙ vera iusticia est recta: iuxta illud Ps.xviij. Ju-
sticie dn̄i recte vieꝙ̄ iustorꝫ recte sunt. Juxta illud Sa
pien̄.x. Justū deduxit dn̄s ꝑ vias rectas: ꝛ clare: sicut
ptꝫ. A.xix.1. ¶ Sed falsa iusticia est curua ꝛ inclinata
vieꝙ̄ illorꝫ tenebre ꝛ lubricū ī Ps.xxxiiij. vtriusꝙ̄ cau
sas in exēplis videri pn̄t: in ꝙ̄bꝫ videm⁹ ꝙ illa ꝙ̄ regu-
lant̄ ꝛ informant̄ ad petrā oīno planā vel ad regulam
rectā applicant̄: oīm gibbositate vel cauitate amota re-
ctitudinē tenēt: quā a regula illa acceperūt ꝛ ostendūt
Sed iusticie vere ad petrā christū planissimā applican
tur: de ꝙ̄ j. Corꝫ.x. petra aūt erat christus: ab ip̄o origi-
nant̄ ꝛ formant̄: iō necesse est ꝙ iusticie dn̄i sint recte:
nō habētes gibbositatē: qꝛ nō puniūt hoīes vel remu-
nerāt vltra id qđ iustū est ex merito vel ex gr̄a largito-
ris: sicut ptꝫ Mat.xx. vbi tm̄ ex gr̄a donāns: datū fuit
veniēti ad opus sero: sicut veniēti mane: nec cauitas:
qꝛ nec puniūt vel remunerāt citra dignū: nec imputāt
nō imputandū: nec remittūt nō remittendū: vel decli-
nāt a dextris vel a sinistris: sꝫ i medio stāt ethimologiā
sui noīs tenētes. Dicit̄ eīn iusticia ꝙ̄si iuris stat⁹: ꝙ ei
tūc cōpetit: qn̄ nō declinat ad vnā ptē: vl' aliā: sꝫ oīa fac
vel suffert que in lege precipiunt̄: ꝑ iusticia agonizās
ꝛ vsꝙ̄ ad mortem pro iusticia certans Ecc̄i.iiij. ꝑ iusti
cia inqt agonizare: pro anima tua ꝛ vsꝙ̄ ad mortē cer-
ta ꝑ iusticia ꝛ deus expugnabit ꝛc. ¶ Iterū sicut vides 17

mus τ iam ostēsum est: q illa que regulant naturaq τ
conditionē illarū rerū: post quas formant tenēt τ ostē
dunt in rectitudine: ita a cōtrario sensu necesse erit cō
cedere: q illa que formant: applicant vel protrahunt
post formas curuas vel non rectas: sed tortuosas vel
circulares: nō sint recta: imo si esset aliqd in se rectum:
tū pōt ad vnā partē trahi: τ ad curuū trahi: τ applica
ri q rectitudinē suā amitteret. Ita false mundi iusticie
que noīe solo iusticie vocant vl' in se curue sūt: τ male:
qr pot⁹ vindicte sūt q̄ȝ iusticie: vel in se q̄dē bone sunt
et iuste: sic leges τ iusticie ecclīastice τ iustiniane: q̄ nō
iuē sequētes actoris: τ noīe τ re iuste sunt: τ recte. Sed
qr eas nōnulli ad pecunias τ ad lucra terrena colligē
da totaliter applicāt: sicut ptȝ. A. xij. 38. Et ad denari
os lucrādos eas incuruare student: quantūcūq in se
iuste sint: τ recte: ex tam antiqua cōsuetudine ad vnā
partē incuruare: τ ad denariū colligendū: q̄ nō habet
formā rectam: sed circularē applicate rectitudinē suam
in vsu ab olim perdiderūt. Ipsis malis formatoribus
et legū τ iusticiarū pessimis ɔflatoribꝰ hoc agentibꝰ et
rectā formā in curuā mutantibꝰ: de q̄bus predictū vi
detur Esa. ij. Conflabūt inq̄t gladios suos in vome
res: τ lanceas suas in falces. Et Mich. iiij. Concident
gladios suos in vomeres et hastas suas in ligones.
18 ¶ Quid aliud per gladiū: nisi iudiciū rectū nulli par
cens amico vel inimico intelligere possum⁹: sicut opti
me patet Apocal'. j. vbi iudiciū per tale: ideo intellige
re τ exprimere voluit: dicens: ex ore eius egrediebatur
gladius versatilis scindens supple ex vtraq parte tam
amicos q̄ȝ inimicos: tam potētes q̄ȝ pauperes delin
quētes nec ill' amore: nec alijs timore parcēs. ¶ Quid
vo per lanceā seu hastam rectā melius q̄ȝ iusticia recta
accipit: quia iusticie domini vt predictū est recte sunt.
¶ Quid vo p vomeres τ ligones que sunt instrumen
ta terrenis τ infimis vsibus applicata τ ordinata: nisi
terrenā intentionē lucri scȝ et cōmodi terreni intelligi
mus. ¶ Qd vo per falces que sunt instrumēta curua
metentiū q̄ manu tenent dextera: sed ad q̄d reuera vt
impleat: manus sinistra manipulis. Quid aliud q̄ȝ le
ges vel potestatē vel scientiam lucratiuā vel quascunq
iusticie vicē: statū: vel officiū in manu intelligere possu
mus falsoꝝ hominū cuiuscūq sint status: qr realiter τ
ad lrām: quādo in talibꝰ ponunt officijs seu potestati
bus: vel qū eis de iusticia faciēda sermo fit: vel qū eis
in aliqua causa suggerit: lucrūq eis promittit quasi
messor qui manū ad messem quā maturā videt eleuat
et falcem ad messem applicat manus eleuātes: τ falces
id est. leges multas τ rōnes imaginatas ad ꝓpositū ap
plicare imo violēter trahere nitunt: dicētes: speramus
q bene erit ꝓpter tales τ tales causas: imo quādoq qū
in talibus ponunt officijs: manū eleuāt iurātes q iu
ste faciēt: sed ad q̄d manus istas eleuant τ falces appli
cant: certe ad messes eis datas vel promissas. id est. ad
lucra terrena: in signū cui⁹ sicut messores falces nō pa
rant anteq̄ȝ messes videant vel in proximo sperant vē
turas. Ita ipsi nunq̄ȝ vel raro student: nisi vbi lucra
vidēt vel sperant terrena. Sed qū lucra magna: ꝫ iusti
ciam paruā vident: noctes ducūt: quasi insomnes: li
bros aperiūt: folia multa vertūt: leges reuoluūt: τ cuȝ
socijs ɔferūt τ totū vt falces suas ad messes parēt: qui
bus: qr oīa studia sua τ iusticie τ legū iustarū vsum
potius ad lucrū malū τ ad messes cōuertūt alienas: in
quas falces immittere nō deberent: q̄ȝ ad id qd iustū:
qd sanctū: qd salubre est: cōgrue dicit Amos. vj. Cō
uertistis in amaritudinē iudicium τ fructū iusticie in
absinthiū. In quoꝝ manibꝰ iusticia est: sicut in illoꝝ

qui acceperunt munera τ peruerterūt iudiciū. j. Reg.
viij. Et istis ꝓprie cōuenit auctoritas predicta Amos
iusticiā inquit in terram reliquistis.
¶ Habita vo differētia inter iusticiā veram τ falsam: Arti. iiij.
iusticia falsa sprecta τ vera electa in hoc articulo ostēde
re restat quomō hec haberi τ ostendi debeat. Pro quo 19
est sciendū: q hec haberi debet tripliciter: intētione: lo
cutione τ operatione. ¶ Primo in cordis intētione ad
tria. Primo ad placendū deo qui cor videt: τ intentio
nem: sicut vxor bona affectat pulchrū ornatū: vt place
at marito Thob. xiij. facite iusticiā corā deo: non vt
placeat adultero Math. vj. Attēdite ne iusticiā vestrā
faciatis coram hominibꝰ. ¶ Secūdo ad recte postmo
dum iudicandū: sicut iudex vel quicūq artifex anteq̄ȝ
operet: quomō operari oporteat meditat τ sic solū bea
tus in opere suo erit: sic beatus vir q̄ in sapiētia mora
bitur: τ in iusticia meditabit: τ in sensu cogitabit circū
spectionem dei Ecclesiastici. xiiij. ¶ Tertio ad diligen
dum: sicut scholaris diligit lectionē per quā multa lu
crari sperat. Et quicūq artifex talem diligit artem: sic
sanctus iusticiā Ps. xliiij. dilexisti iusticiā τ odisti ini
quitatem τc̄. ¶ Sed heu opera ista ostendūt q pauci
ad hanc iusticiam quam petunt faciendā intentionem
habēt: quia si pauperes: famelicos et nudos τ mendi
cantes de sanguine suo habeāt: nullū vel paruū reme
dium apponere curant. Si vo aliqua iniuria alicui de
sanguine suo fiat: cuius occasione videt sibi lucrū vel
emendam: vel predam quācunq sibi cōtingere posse:
maxima furia: τ nimijs minarū iactantijs: cōtra iniu
riantes insurgūt. Et quasi propter parentū amorem:
quē fallaciter pretendūt: dicētes: q sanguinē suū con
tempsit toto malignitatis spiritu debachare incipiūt:
plus affectantes: q emenda eis q̄ȝ leso fiat: quibus in
clanculo fiet τ lesus nihil inde pcipiet: sic acta probāt:
q plus lucri ꝓprij intētione q̄ȝ parentū amore iusticiā
illam desiderauerūt quibꝰ totus clamor τ strepitus de
iusticia faciēda tantūmō eis augebit incremēta frugū
iusticie. ij. Coꝝ. ix. ¶ Eandē etiā intentionē ostēdunt
opa sequētia in oībꝰ q̄ officia desiderāt vel dignitates
vel quascūq iudiciarias potestates vel facta in quibꝰ
iusticia aliquo modo exerceri debet ad malefactoꝝ pu
nitionē: q̄ oīes plus burse repletioni q̄ȝ culpe inten
dunt correctiōi. Et ideo illis q̄ corā deo vt p̄dictū est:
iusta intētiōe se ornare deberent a deo q̄ cōtrariū videt
dicit Esa. lxiiij. quasi pānus mēstruate vniuerse iusti
cie vestre. ¶ In ore etiā haberi debet ad tria. Primo ad 20
predicandū in ecclesia sicut aduocatus fidelis vel nūn
cius seu mediator audax: aperte ꝓnūciat iusticiā clien
tis vel dñi sui. Sic annūciaui iusticiā tuā in ecclīa ma
gna in Ps. xxxix. Secūdo ad ostendendū in quacūq
societate: vel in priuata locutiōe vel inq̄sitiōe vbi iusti
cia lingue requirit officiū: nō solum in predicatiōe: sed
in oīu alia collatione: sicut seminator vel bonus pa
terfamilias in multis terris τ locis seminat vt saltē in
aliquo loco crescat: vnde τ hoc dicit si semē defecerit in
terris humidis τ bassis: ꝓpter aquarū abundantiā sal
tem in altis τ siccis aliquē fructū habebim⁹ τ ecōuer
so. Sic seminate vobis in veritate iusticiam Osee. x.
¶ Quia in multis locis: seminatis iusticiā saltē ꝓ aliq
loco erit merces fidelis Prouerb. xj. ¶ Tertio ad pu
gnandū verbis saltē ꝓ iusticia: vt nō solū iusticia p̄di
cet in ecclīa nec doceat in priuata locutiōe ꝫ vt defen
dat euidētissima rōne oīi offensa postposita: qr sicut
milites ꝓ dñi sui iusticia fortit τ pseuerāter dimicātes
a dño illo ꝓmoueri merent: ita beati: q̄ psecutionē pa
tiunt ꝓpt iusticiā: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ Math. v.

¶ Sed heu maximi di sunt om̄es qui dum iusticiā in
terra delinquunt.id est.terrena lucra vel potentiā quę
runt affectiōes: iusticia a longe stetit ⁊ veritas corruit
21 in plateis ⁊ equitas non potuit ingredi Esa.lix. ¶ Ter
tio in ope etiā haberi debet ad tria. ¶ Primo q̄ ad deū
om̄ibus mandatis suis humiliter obediēdo: q2 iustū est
subditū esse deo.ij.Mach.ix. ¶ Secūdo q̄ ad seipm̄ p
penitentiā seipm̄ emēdando: sicut eñ iuste emendā pe
tit ab illo q̄ in eū deliquit: ita iuste emendet ipse qđ cō
tra deum deliquit dicēdo istud Ps̄. cxviij. feci iudiciū
sm̄ confessionē ⁊ iusticiā scz in satisfactione: nō trades
me calūniantibus me scilicet in punitiōe. ¶ Tertio q̄ ad
proximū in beniuolentia ⁊ beneficiorum et elemosynarū
largitione: q2 sicut tempore guerre multos cōducētes
fideles stipēdiarios liberant sua corpis periculo: sic ta
les iusticia sua liberant animas suas Ezech.xiiij.
Arti.v. ¶ Huius aūt iusticie obseruātia: si corde: ore ⁊ ope: vt
predictū est: teneat: magna est vtilitas tam in via q̄z in
22 patria. ¶ In via nanq3 est lorica: in patria gloria. In
via igit̄ lorica dicit̄: q2 sicut lorica quoddā genus ar
morum est corpis in q̄ om̄es anuli concatenant̄ ⁊ mutuo
se tenēt ⁊ tenent̄. Ita iusticia quoddā gen⁹ armorum est
anime: in q̄ om̄es virtutes concatenate sunt ⁊ continē
tur. Quia sm̄ Hieronymū ad demetriadē om̄es vir
tutū species vno iusticie nomine cōtinent̄: cui⁹ auctos
ritatis ratio patz supra.c.c.7. ¶ Et sic ex fractura vni⁹
anuli homini inuaso periculū imminet toti corpori: sic
ex defectu vni⁹ virtutis vel ex cōsciētia nimis lata peri
culū imminet anime: sicut patz.A.xxiiij.5. Necesse est
ergo: q̄ volētes picula euadere oēs necessarias habeāt
virtutes indui lorica iusticie Ephe.vj. Et in isto casu
conditio interioris hominis quo ad armaturā animā
conditionē sequit̄ non solum exterioris hominis: q̄ ad
armaturā corpis sed etiam conditionē totius humane
policie ⁊ societatis. Quia sicut in exterioris hoīs arma
tura est mutua concatenatio: sic etiā in hominū vniuer
sali societate est necessaria mutua supportatio: ⁊ cōmu
nio: ita videlicet q̄ diues: sapiēs: fortis: pauperē: insi
pientē: debilem iuuant: dando: informando: defenden
do: ⁊ ipsi etiam quodāmodo anuli inserti: ipsos etiam
reciproce modis suis iuuent: laborādo: orando ⁊ obe
diendo: ⁊ modis licitis seruiēdo. Et ideo de⁹ mundū
sic ordinauit: vt q̄libet altero indigeret: ⁊ p mutuū ad
iutoriū mutuo se iuuarent: supportarēt ⁊ defenderēt: vt
per mutuā supportationē in exteriori policia mutuam
facerēt amicitiā in anima: vt vidētes quō ad exteriorē
hominē etiā policiā se iuuant ⁊ arment homines mū
di: videāt quō se interi⁹ armabūt milites christi: ⁊ ho
mines militie christiane: sicut dei ministros: per arma
iusticie virtutis dei.ij.Cor.vj. sic induti pro thorace
23 iusticiā Sapieñ.v. sicut ostensuz est.A.xxiij.6. ¶ Se
cūdo ideo est patria gloria dei q2 gloriā illam p iusticiā
quis meret̄ in qua erit primo om̄is beata vita sine mor
te Ezech.xviij. Si custodierit iusticiam: ⁊ fecerit iudi
ciū ⁊c̄. vita viuet ⁊ non morietur. Justū eñ est q̄ q̄ sine
morte culpe finaliter vixit: ⁊ mortu⁹ est sine morte pe
ne eternaliter viuat. ¶ Secūdo om̄is gloria ⁊ volūtas
sine tedio ⁊ confusione vel anxio desiderio. In hoc nāq3
seculo quantūcūq3 hoīes abundēt diuitijs: delicijs: in
cibis ⁊ potibus ⁊ hmōi: semp tñ est aliq̄ anxietas: vel de
fame vel de satietate. Sed regnū dei nō est esca ⁊ pot⁹:
s3 iusticia ⁊ pax ⁊ gaudiū in spū Rom̄.xiiij. ¶ Tertio
om̄is satietas sine defectu Ps̄.xvj. Ego aūt in iusticia
apparebo conspectui tuo: satiabor cū apparuerit gl'ia tua.
¶ Quarto veniēdi securitas ⁊ remanēdi ppetuitas ps̄.
xiiij. Dñe q̄s habitabit i tabernacl'o tuo: aut q̄s reqēscet i

monte sctō tuo q̄ ingredit̄ sine macula: ⁊ opat̄ iusticiā.
Primū ḡ querite regnū dei ⁊ iusticiā ei⁹ ⁊c̄. Mat.vj.
¶ Sed heu hui⁹ virtutis semen cōditionē sequit̄ terre Arti.vj.
in qua seminat̄. In terra nāq3 frigida qualis est ista.s.
anglia: semina preciosa ⁊ cara fructuū sumptuosorū et 24
specierum carorū raro vel nunq3 crescūt sicut ad ocu
lum patet: quantūcūq3 semen illorum ibi diligenter semi
netur: cuius ratio est: quia terrā nō habēt aptam. Sic
quantūcūq3 semē istius preciosissimi fructus iusticie in
terris aliq̄bus qui corda habēt frigida in predicationi
bus ⁊ exhortationibus diligētissime seminet̄: raro tamē
crescit calore charitatis deficiente quibus lumē nō luxit
iusticie Sapieñ.v. ¶ Et forsitan sicut ista cōditio mi
norem sequit̄ mundū. id est. hominē: q̄ videlicet vbi
minus calor abundat charitatis minus crescit iusticie
fructus: ita maiorē sequit̄ mundū vt ibi minor vigeat
actus iusticie: ibi minor est calor solis ⁊ vigor planeta
rū. Et hoc in parte didicerūt q̄ mundi ⁊ terrarū et di
uersarū regionū conditiones experti sunt. In illis nāq3
partibus: quia armis predictis iusticie vicz nō armant̄
tur hostibus: quādoq3 debilibus vincunt̄. Quia vero ter
ra illorum charitatis calore deficiente frigida ⁊ inepta
est: semen frumenti cōuertunt in speltam ⁊ fructū iusti
cie in absinthium Amos.vj.
¶ Nec mirū videat̄ q̄ iusticie semen non crescit: quia Arti.vij.
multa habet impedimēta. ¶ Primū nanq3 ⁊ principa
lius iusticie impedimentū est temporaliū diuinarū cupidi 25
tas. Nam sicut teste christo semen verbi dei inter spi
nas crescere nō potuit: q2 spine suffocauerūt illud: ita
nec iusticia bene crescere vel fieri videt̄ vbi regnat cu
pido ⁊ munerū acceptio: que quidā recipiūt per se: qui
dam per suas vxores amicos ⁊ famulos erubescūt ma
nibus proprijs talia recipere ne cupidi ⁊ iniusti repu
tent̄: sed nō erubescūt p manus talia recipere: ⁊ cupidi
et iniusti esse. ¶ Nec p hoc se excusari putent q̄ per se
nō recipiūt. ¶ Primo q2 qui per aliū facit per seipsum
facere videt̄. Iterū q2 si nō haberent recipiēdi volun
tatē: possent eis prohibere: ne talia p vsibus proprijs vel
pro vsibus illorum reciperēt. ¶ Tertio q2 plus videnť: ⁊
cōtra partē a qua accipiūt: ⁊ cōtra iusticiā delinquere:
per alios q̄p p seipsos recipiēdo: contra quā plus gra
uant: quia raro aliquid tali per mediatorē mittit̄: quin
aliquid etiam detur mediatori vt ipse gratiose nunciū
faciat: ⁊ bonū qđ poterit procuret ⁊ loquat̄ cōtra iusti
ciam quā efficacius opprimūt per mediatorē rogati: di
centē: dñe multū fecit p vobis: p cuius vocem ⁊ procu
rationē iniustus consecutus est esse iustus: testimoniū
perhibente muneribus ei⁹ tali procuratore Hebre.xj.
¶ Secundū iusticie impedimentū est timor quādoq3 26
mundanus: quo scilicet quis timet dicendo veritatē:
vel faciēdo iusticiā: bona sua amittere: quādoq3 timor
humanus: quo timet in corpe ledi. Taliū eñ timorū
euidentias habent: vel quia potentes ⁊ malitiosi sunt
contra quos veritatē dicere vel iusticiam facere debe
rent vel quia magni ⁊ potentes pro eis scribunt vel ro
gant: vt contra iusticiā faciant: sicut Jesabel scripsit li
teras ad maiores natu.iij.Reg.xxj. vt iniquū facerēt
iudicium: Naboth occidendo ⁊ exheredando. Sicut
ergo illa Jesabel lr̄as prouocauit et obtinuit regis ad
maiores natu pro falso iudicio faciendo. Ita frequen
ter contingit q̄ volentes iusticiā obtinere literas pro
curant vt obtineāt magnorum ⁊ maiores natu.id est.pa
trie doctores ⁊ duodenarios p quos aliqui quandoq3
ad mortē iniuste iudicant̄: aliq̄ exheredant̄: alij idictā
tur: alij incarcerant̄: p lr̄as vicz cancellariorum diaboli.
Alij propter tales lr̄as ⁊ timores peccāt luxuriādo: adul

terando: verberando: furando: occidendo: ꝛ nõ corri
gunt nec citant cũ magis sint culpabiles: ꝙ paupes.
Sed ꝑpter timorẽ: quẽ de eis: ꝛ eoꝝ cõplicib⁹ ꝛ mali
cijs habent: q̇ citare vel iustas correctiões de eis facere
27 deberent eos libere ad infernũ ire pmittũt. ¶ Sed oẽs
isti trepidauerũt timore vbi nõ fuit timor: illoꝝ ꝙ ve
cordiã mulier ostẽdit Susanna Dan. xiij. que potius
elegit in man⁹ incidere hominũ: ꝙ derelinquere legẽ
dei. id est. mori ꝙ peccare. Et ideo ab vtroqꝫ eam deus
ꝑseruauit. Si vero aliud elegisset a neutro finaliter ꝑser
uata fuisset: ita deus eligẽtes pot⁹ hoies offendere ꝙ
deũ ab vtroqꝫ eos frequẽter ꝑseruat: q: sepe ꝯtingit ꝙ
illi quos offendere veritatẽ dicẽdo: vel iusticiã faciẽdo
timent eos postmodũ: ꝑpter veritatẽ ꝛ mansuetudinẽ
et iusticiã in Ps. xliiij. plus diligũt ipso hoc ordinante
deo: q̇ nõ deserit sperãtes in se: q̇ ecõuerso in hoibus
ꝯfidentes: q̇ potius deũ ꝙ hoies offendere eligũt intiũ
deserit ꝙ simul cũ hoc: ꝙ peccãdo deũ offendũt: simul
etiã hoim offensas incurrũt: intiñ ꝙ ex vna pte vl alia
qñqꝫ ꝓ falsitatib⁹ suis verberant: vel occidunt vl gra
ues sustinẽt iniurias vel sustinere timẽt: q: tales semꝑ
sunt in timore a quib⁹ eos de⁹ ꝑseruaret: si veritatis et
iusticie legẽ tenerẽt. In q̃ iusticia simplicis diriget viã
eius ꝛ in pietate sua corruet impius Prouer. xj. Justi
cia inq̇t simplicis diriget viam ei⁹ ꝛc. saluãs eũ tam in
periculo spũali ꝙ corꝑali: q: iusticia custodit inocẽtis
viam Prouer. xiij. vbi impius vtrũqꝫ incurrit: hoc eñ
quotidie videt ꝙ vicꝫ vbi decem occisi audiunt ꝓ in
iusticijs ꝛ falsitatib⁹ ꝛ exheredationib⁹ suis: sicut falsi
perq̇sitores: q̇ ꝑpter tales acq̇sitiones frequẽter marty
res fiunt diaboli: vix audit vnus occisus vel verbera
tus ꝓ iusticia vel facto iusto vt martyr dꝛũs efficiatur:
q: vix ꝓ iusto qs moriẽt Rom. v. Quia sicut hoïs fide
litas iniusta curia eũ a periculis liberat: ita iusticia re
ctoꝝ liberabit eos. Et sic aues ꝑdales dũ pullis ꝛ ꝑde
insidiant: capiũt: ita in insidijs suis capiunt iniq̇ Pro
28 uerb. xj. ¶ In insidijs inq̇t suis q̇b⁹ bonis vel q̇b⁹ in
ter se mali sibiipsis insidiant: vt mutuo se decipiant ca
piunt: vel hic dũ viuũt a seipsis vel dũ moriunt a dia
bolo: vel ab vtrisqꝫ. ¶ Quõ vero p insidias ꝓprias ꝛ re
Fabula ciprocas qñqꝫ capiunt ꝛ decipiunt: fabule exẽplũ ostẽ
De Vul dit de vulpe ꝛ gallo. Vulpes eñ volẽs gallũ decipe: ꝛ
pe ꝛ gallo ipm cape qñ sic allocuta fert fuisse: si inq̇ dum cantas
oculos clauderes mlto meli⁹ cãtares: essesqꝫ auis gra
tiosissima: ꝙ cũ faceret a vulpe capt⁹ fuit: q̃ ꝛ ideo ocu
los claudere docuit: vt dũ ipm appropinquantẽ nõ vi
deret secrete in illũ insiliret. Alijs vero sup vulpẽ clamã
tib⁹ eo ꝙ gallũ portaret alienũ: docuit illã gallus: ꝙ
rñderet eis ꝙ gallus suus esset: ꝛ iõ a clamore iniusto
cessarent: ipsa vero os aperiẽte ꝛ dicente gallus me⁹ est:
gallus sup domũ volauit de ore suo: q̇ ideo illã loq̇ do
cuit vt fugeret: dũ os aperiret: finaliter de insidijs ad
litigiũ ventũ est in q̇ sibi mutuo maledicebãt. Gallus
eñ dixit vel dixisse potuit si sensum ꝛ loquelã habuis
set: maledict⁹ q̇ suadet alteri oculos claudere: qñ peri
cula iminẽtia videre deberet: vulpes ecõuerso dicẽ po
tuit. Maledict⁹ q̇ suadet alicui loq̇ qñ tacere deberet.
Sic mali mutuo se decipiũt: mltaqꝫ loq̇ ꝛ fieri suadẽt
et rogant: q̇ ad aiarũ pertinẽt deceptionẽ: dũ eñ falsus
hõ falsa suggestione vel maliciosa defensione: vt qñ se
veritate defendere nõ põt ad malicias ꝯuertit: vl quos
cũqꝫ alio velamẽto in his versib⁹ ꝯtento. Timor: odiũ
dilectio: census. Sepe solẽt hoim rectos ꝑuertere sen
sus: de q̇b⁹ dictũ est. J. ix. 17. Munera oculos velare. id
est. sensum ꝑuertere alicui⁹ potẽtis vel cuiuscũqꝫ alte
rius ne veritatẽ videat; ꝛ iusticiã faciat vel iudicet vul
pes gallũ claudere facit oculos. Qñ vero q̇s cecitatẽ ha
bẽs cordis alicui peccãti suadet: ꝙ ꝓ ipso loquat vl scri
bat aduocato: vt ꝓ ipso aduocet vel iuratis vel testib⁹
vt falsum testificent: vt falsum iurẽt vel iudicib⁹ vt fal
sum iudicẽt ꝛ correctionẽ nõ faciãt vt ipe q̇ peccãdo a
vulpe captus est inferni sine punitione vel correctiõe
debita: quã cordis claudẽdo oculos ꝓmeruit: impuni
tus euadat. Gallus vulpi loq̇ suadet qñ ꝛ que loq̇ nõ
deberet: sed qñ ambo in insidijs suis a diabolo capien
tur mutuo vt ꝑdictũ est sibiipsis reciproce maledicent.
sicut pꝫ. A. xxvij. 42. quãdo scꝫ iniusti dispensãt ꝛ si
mul reliquie ipsoꝝ impioꝝ interibũt: in Ps. xxxvj. ꝓ
pter iniusticias ꝛ iniurias ꝛ ꝯtumelias: ꝛ diuersos do
los Eccl. x. Et q: peccauerũt dño iusticie decori Hie
rem. l. ¶ Tertiũ iusticie impedimẽtũ est iniqua lachry 29
mantiũ ꝛ pauperũ miseratio ꝛ compassio. Sicut ver
bi grã: qñqꝫ cõtingit ꝙ iurati de veritate dicenda: vel
onerati de iusticia faciẽda: vident ꝙ si veritatẽ dicerẽt
paup q̇ deliquit amerciaret vel mulctaret: ꝛ cit⁹ ꝑius
riũ eligunt plus pecunie in illo ꝙ animarũ in seipsis
perditioni compatiẽtes ꝯtra dei ꝑceptũ Exo. xxiij. pau
peris in iudicio non misereberis ꝛc. ¶ Qñqꝫ vero suoꝝ
charoꝝ victi lachrymis ꝑiuriũ ꝛ alias cõmittũt iniu
sticias: sub falsa misedie specie. Talem nãqꝫ miscdiam
Ambrosius in li. de officijs iniustã vocat: sicut pꝫ per
decretũ. xxiij. q. iiij. est iniusta miscdia. Et adducit in
testimoniũ decretũ illud legis diuine Deutro. xiij. vbi
preceptũ est de illo q̇ inuitat aliũ ad idolatriã quicũqꝫ
fuerit filius vel amicus vel frater vel vxor: nõ audias
eum: nec parcat ei oculus tuus: nec miserearis: nec oc
cultes eum sed statim interficies sit primo manus tua
sup eum. Huic etiã ꝯcordat lex ciuilis: dicẽs: ꝙ iudex 30
lachrymis nõ debet moueri quoꝝcũqꝫ. ff. de officio ꝑ
sidis. l. obseruãdũ: in digesto vete. li. j. Non ꝗ miserea
ris oibus q̇ operant iniq̇tatẽ: in Ps. lviij. Sed dilige
iusticiã iudiciũ ꝛ equitatẽ Prouerb. j. ¶ Quartũ vero ꝛ
generalissimũ iusticie impedimentũ est oim iudicũ ec
clesiasticoꝝ in his q̇ ad dñi honorẽ ꝛ aiarũ pertinẽt sa
lutẽ: negligẽtia q̃ est nouerca iusticie: sicut patebit in
fra. c. de negligẽtia: ꝛ subditoꝝ oppressor: q: sicut colũ
na putrida vel debilis vel de malo meremio vel incli
nata ꝛ nõ recta sub magno onere opus suppositũ deci
pit ꝛ cadere ꝛ subditos opprimere facit: ꝛ quãto plus
onerat: vel plures sub se ꝯtinet: tanto periculosius ibi
ponit ꝛ stat ꝛ cadit. Ita i ꝓposito: qñ ille q̇ in quocũqꝫ
loco vel officio ꝓ onere iusticie supportãdo qñ colũna
ponit: est vel negligẽs quasi de malo. id est. molli ꝛ nõ
rigido nec duro meremio vel est in se putridus pecca
to: vel debilis in sciẽtia ꝛ sufficiẽtia: vel inclinatus ad
cupiditatẽ totũ onus suppositũ ruit ꝛ subditi vel cor
rectiõis defectu vel scãdali exemplo sub impotenti vel
scandalosa cadunt columna ꝛ sic tam sibiipsis ꝙ alijs
quib⁹ iniuste preesse volũt: iniusticia mortis est acqui
sitio Sapiẽ. j. quia illi qui non custodierũt iusticiam
propter aliquod scꝫ de ꝑdictis impedimẽtis recte iudi
cabunt Sapiẽ. vj. Ab illo qui arguet mundũ de pec
cato ꝛ de iusticia ꝛ de iudicio Joan. xvj.
¶ In quo examine iniusticie apparebit periculũ: que Arti. viij.
duob⁹ modis cõmittit ꝑ excessuꝫ vl defectũ. ¶ Per ex 31
cessuꝫ qñ q̇s sibi vl alijs est nimis rigidus: hñs ꝯsciaꝫ
nimis strictã: ꝛ stricti iuris. Tales eñ iusticiã i crudeli
tatẽ ꝛ fructũ iusticie de q̇ in ꝯsciẽtijs gaudere dẽent cõ
uertũt i ꝯsciarũ amaritudinẽ q̇ oẽs talis existẽtes ꝯdi
tiõis cuidã assistũt fatuo: q̇ audiẽs vt fert dñm suũ ser Exẽm
uis ꝛ ministris suis ꝑcipe: ꝙ i correctõib⁹ iudicijs ꝛ alijs
fact. nõ declinarẽt ad dexterã vel sinistrã: ꝗ directũ te

nent iter voluit vltra domos ꝛ rupes ꝛ mõtes ꝛ omĩa
que directe ante se inuenit transire: ne videret illius p̄s
cepti transgressor: non hui⁹ exemplũ: sed sapientis dos
ctrina tenenda est: que dicit noli esse multũ iustus: ne
obstupescas Eccles. vij. Nota de consimili stulto. L.
32 vij. 14. ¶ Justiciam ṽo defectuosam per diminutionẽ
seu defectũ citra rectũ iusticie punctũ voco iusticiã illã
que ita larga est: ꝙ per munera vl' alias causas effecta:
que secũ manifestam patit iniusticiã: ꝛ hec est periculo
sa. Primo ipsis facientibꝫ. Secũdo ipsis ꝓcurantibꝫ.
Tertio ipsoꝝ sũditis. Quarto ipsoꝝ vxoꝛibꝫ ꝛ liberis
seu heredibꝫ. Quinto toti cõmunitati. ¶ Primũ patet
quia sicut periculũ iuste imminet proditori q̃ a rege et
domino suo stipendio accepto: ꝛ cũ illo ad bellũ vadat
in campo quãdo cũ aduersarijs congredi deberet: dos
mini partẽ dimittit: ꝛ aduersarij partẽ vadit illam ad=
iuuando ꝛ cõtra dominũ suũ pugnando: dño eñ illo
super illũ potestate accepta: tali imminet periculũ pros
ditori: sicut patz. iij. Reg. xx. de Achab q̃ dimisit Bes
nadab virũ dignũ morte q̃ quantũcũqꝫ regale habes
ret dominiũ: sicut illi in vnallia: tamen ei dictũ fuit: qꝛ
dimisisti virũ dignũ morte erit anima tua ꝓ anima il=
lius. Sic illi a deo vitam ꝛ linguam ꝛ scientiã ꝛ bona
nature: fortune ꝛ gratie accipiũt vt partem dei defens
dendo ꝓ iusticia vsqꝫ ad mortem pugnẽt: ipso deo eos
ad hoc hortãte q̃ ait: pro iusticia agro ꝛc. Eccĩ. iiij. Et
vsqꝫ ad mortẽ certa ꝓ iusticia: qꝛ si vitam istam miserã
ꝓ iusticia amittis: ego feliciorẽ tibi dabo. Si ḡ sic a deo
subordinati ꝛ informati: postqꝫ ad locũ venint vbi de
iusticia tractabit: si p̄ce vel p̄cio vel q̃cũqꝫ de cã: iusti=
cie partẽ dimittẽtes: iusticie parti se dederint: qs eos ꝓ=
ditionis culpã ꝛ periculũ incurrisse nõ iudicabit: sicut
patet supra. c. xxxij. ¶ Sed dicent mallem⁹ esse cũ iusti
cia tñ daret stipendiũ: quantũ dat iniusticia: vel si for=
te aliq̃d min⁹ daret: dũ tamẽ aliq̃d daret. Quia ꝛ sic re
Exm spondit q̃dam cũ de tali materia fieret mentio: quomõ
vicꝫ aliq̃ de profanis ꝛ falsis hominibꝫ accipiũt: qñqꝫ
a falsa parte: qñqꝫ ab vtroqꝫ vt statera equaliter libes
ret. Mallem inq̃t sex accipere denarios vt essem cum
iusta parte: q̃ duodecim vt essem cũ falsa: cui alius ad
33 minus preciũ ponis veritatẽ q̃ Judas qꝛ ipse ad tri=
ginta: tu ad sex eam ponis denarios. Et sicut in facto
Jude assimilat: ita ꝛ in periculo ꝛ pena: qꝛ sicut ipse ac
cipiendo pecuniã laqueũ simul accepit: qꝛ ꝛ ad l'ram il
la accepta: cito laqueo se suspendit. Ita isti accipiendo
munera laqueũ accipiũt: quo ligati ad furcas deducũ=
tur ꝛ suspendunt inferni: figura Judi. iij. vbi Eglon
munera simul ꝛ mortẽ accepit ab Aioth: de ipsis ergo
talia recipiẽtibꝫ munera: dici posset qꝺ dicit de homie
qñ periculosum recipit officiũ: ꝙ statum vel vires vel
scientiã ei⁹ excedit: sicut ꝯtingit de illis q̃ fiũt in agnoꝝ
camerarij vel ꝯsiliarij regũ: quibꝫ multi inuidẽt ꝛ ins
3 perat oēm sensum. Phil'. iiij. sicut exteri⁹ ostēdit ita interi⁹ possidet. Ideo ꝯ ista signāter dr: pax multa. i. multiplicata: tā interi⁹ q̄3 exteri⁹. Quā etiā si oēs indigeāt: marie tñ q̄ in vna habitāt domo vel societate: qr aliter in ꝯtinuo sunt dolore. ¶ Pro q̄ est aduertēdū q visio alicui⁹ ꝑsone quā q̄s odit: vel cū q̄ pacē nō habet: mouet cogitationē: cogitatio vero grauat cor: ꝛ auget dolorē ꝛ mali machinationē. Vbi ergo q̄si ꝯtinua est tal' visio ꝯtinu⁹ est dolor. Sꝫ sil' mortales q̄si cōtinue se vidēt: ergo nisi pacē habeāt: ꝛ pacifice ꝯuiuāt: ꝯtinue dolēt. In q̄ peioris sunt ꝯditiōis illis: q̄3 demones int' q̄s null⁹ dolet q aliōs videt in loco quo ipse est: vl' de h q multos secū habet socios. Et etiam q̄3 illi q̄ in diuersis regnis vel terre partibꝰ: vel in diuersis ciuitatibꝰ: vl' diuersis habitāt domibꝰ eiusdē ville: qr nō tā ꝯtinue nec freq̄nter se vidēt. Cū ergo ꝯ maximā miseriā ꝛ dolorē marie necessariū sit remediū: ꝛ remediū ꝯ dictū dolorē sit pax: patet: q licet oibꝰ habitantibꝰ in diuersis vel eisdē terris ꝛ ciuitatibꝰ necessaria sit pax: ꝛ q̄nto sunt vicinio res ꝛ frequētiores occurrūt aspect⁹: tāto magis illi indigeant: oibꝰ mortalibꝰ optata pace. Hester. xiij. Maxime tñ illis est necessaria inter q̄s maxima est vicinitas ꝛ frequēnti⁹ aspect⁹ sub illo qui habitare facit vnanimes in domo. Vos ergo qui sic habitatis: primū dicite Pax huic domui. Math. x. Nota. R.v.33. Non sophistica: apparēs ꝛ non existēs: ficta vel falsa: que hoi assilat picto vel mortuo: qr sicut ille q̄dē effigiē ꝛ quādā silitudinē habet hois ad exteriorē ostēsionē: nō aūt ꝯditionē interiorē. Ita ficti ꝛ falsi licet exteri⁹ pacifica habeant ꝑa: licet insup exteri⁹ in vultu signis ꝛ verb pacis silitudinē assilēt: sicut ille. ij. Machab. v. q̄ venit Hierosolymā pacē simulās: verā tñ pacē interius nō hñt: qr nō est pax impijs: dicit dñs. Esa. xlviij. Et ideo loquunt pacē cū ꝓximo suo: mala aūt in cordibꝰ coꝝ: in ps̄. xxvij. Hanc vero pacis differētia nobis christus insinuauit: dicēs. Pacē relinq̄ vobis: pacē meam do vobis: nō quō mund⁹ dat. Ioan. xiiij. fictā vel falsam. Eandē insup differētiā tota innuit ecclia in orōne de pace dicēs. Da seruis tuis illā quā mūd⁹ dare non pōt pacē. Talē q̄lē fratres q̄ sunt Hierosolymis mittunt fratribꝰ: qui sunt ꝑ Egyptū salutē ꝛ pacē bonam ij. Machab. j. Et non talē q̄lē habuit Ioab ad Amasam. ij. Regū. xx. q̄ manu dextera eius mentū tenuit: quasi cū osculatur⁹ esset ꝛ manu sinistra ꝑcussit eū in latere. Sic illi qui dicūt. Pax pax: ꝛ non est pax. Iere. viij. ¶ Sed tamē in cordibꝰ eoꝝ tpa optant ꝛ expectāt nocēdi: de quibꝰ glo. beati Grego. Dextera manu mētum tenere: est q̄si ex benignitate blandiri: sicut fecit iudas christo: dicēs. Aue rabi: sed sinistrā ad gladiū mittit: q̄ latenter ex malicia ꝑcutit. Ille vero cū q̄ talis pacis cōponit forma: dicere pōt illō. Esa. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Alios vero cōponentes ꝓpha informat veritatē interi⁹ copulare cū pace quā exteri⁹ fingūt: dicēs. Veritatē tñ ꝛ pacē diligite. Zache. viij. ¶ Tertio diuersificat pax in mō fractiōis ꝛ re 4
paratiōis tripl'r: q̄ q̄dē diuersitas ꝓpēdi pōt ꝑ exēplū diuisiōis ꝛ reunitiōis aliarū creaturarū in q̄bꝰ videm⁹ q aliq̄ creature ꝑcusse vl' diuise statim sine ruga q̄cū q̄3 vel diuisiōis signo adinuicē copulant ꝛ reintegrāt: sicut patet de aqua ꝛ de corpibus ꝛ creaturis subtilioribꝰ: ꝛ magis spūalibꝰ sicut de lumine ꝛ de radijs solaribꝰ ꝛ de aere ꝛ de igne. Alie vero creature semel fracte cū labore ꝛ difficultate reintegrāt: sicut patet de tibijs ꝛ brachijs fractis in quibꝰ postea aliqua ruga apparet vel cicatrix. Alie vero nunq̄3 reintegrant: sicut patet de vasis lapideis ꝛ luteis. Sic inter fractionem pacis: inter bonorum: mediocrium ꝛ maloꝝ: similis triplex inuenit diuersitas qr si bonoꝝ pax ꝑ aliquā melācolicā interrūpit: cito reintegrat ad modū ignis: qr ira illoꝝ est sic ignis i stupa q̄ cito extinguit ꝛ ad modū radioꝝ solariū ꝛ ad modū fluminis i q̄ nullū diuisiōis remanet vestigiū q̄lē ꝓpha oibꝰ optat dicēs. Vtinā attendisses mādat' meis facta fuisset q̄si flumē pax tua. Esa. xlviij. Mediocrū vero pax si rūpat ad modū maior' ignis in domo accēsi ꝛ ad modū ossiū fractoꝝ cū maiori labore

et nisi reparat̃: qua reparata adhuc aliqua cicatrix in
cordib⁹ illoꝝ remanet: qꝛ nõ ita sincere vt pri⁹ diligũt:
quã rugã verbis ⁊ signis qñqꝫ ostẽdunt: qñ de alio fit
mẽtio: de quib⁹ Iere. vj. Curabãt ꝯtritionẽ filie popu
li mei cum ignominia dicẽtes. Par par: ⁊ non est par.
¶ Supborum vo ⁊ valde maloꝝ si par semel frangat̃
offensio illa ⁊ fractura in illis est: quasi casus diaboli
irrecupabilis: de quib⁹ Geñ. penult. Maledict⁹ furor
eoꝝ: qꝛ ꝑtinax ⁊ indignatio: qꝛ dura. Sunt em̃ carna-
les ⁊ grossi ⁊ ponderosi ad bonũ ad modũ lapidis: q̃
non reintegrant̃: ⁊ nõ simplices: subtiles: ⁊ celestes. j.
Coꝛ. iij. Cũ sit inter vos zelus ⁊ ꝯtentio: nonne car-
nales estis. Tales non sunt dei: qꝛ non est dissensionis
5 de⁹ sed pacis. j. Coꝛ. xiiij. ¶ Quarto diuersificat̃ par
in opibus ad diuersos fines tendẽtib⁹. Nam par ⁊ so
cietas bonoꝝ est in licitis ⁊ honestis: ⁊ ad licitos fines
⁊ inordinatis operib⁹. Ideo dicit Aug⁹. xix. de ciuita-
te dei: ꝙ par est hoim ordinata cõcordia. Par vo ficta
seu mala est primo in mutuis maloꝝ supportatiõib⁹ et
illicitis. ¶ Et secũdo in mutuis adulatiõib⁹: qua vn⁹
alteri in malo adulat̃ ⁊ alteri nõ vult displicere. ¶ Ter
tio in mutuis ꝯfederationib⁹ ad alioꝝ deceptionẽ: in
quib⁹ ꝯfederant̃ ad modũ spinarum sicut ostẽsum est
F. j. 9. Quo ꝯtra Heb. xij. dicit̃. Pacẽ seqmini cũ oib⁹
⁊ sanctimoniã. ¶ Quarto in fraudulenta locutione ⁊
ostẽsione: in quib⁹ illis pacẽ fictã ostẽdũt: quos defrau
dare nitunt̃: vel a quib⁹ dona accipe sperãt: sicut quo-
tidiano ptꝫ experimẽto. Usus nanqꝫ freqnens ostẽdit
ꝙ fraudulent⁹ deceptor q̃diu põt aliq̃d ab insipiente
vicino lucrari: vel ipm in aliquo decipe: eũ salutãdo ⁊
ad potiones inuitãdo: dicit. Par par: multa ei ꝓmittẽ
do. Sed cũ fraudulenter lucrat⁹ fuerit: quicq̃d alius
amittere poterit: nõ ex par: nec solita salutatio vel inui
tatio. ¶ Iterũ ali⁹ habebit facere in aliq̃ curia: iste q̃s
diu habet bonã bursam ⁊ scit donatũ suũ large dan-
do curialib⁹ ⁊ cupidis ministris: dicũt. Par par: noli
timere: bene fiet: q̃ntũcunqꝫ cãm ꝯ deũ habeat ⁊ rõem
beatũ nãqꝫ dixerũt ppl'm cui hec sunt: in ps. cxlij. Sꝫ cũ
exhausta fuerint marsupia: nõ est par: nec solitũ cãtãt
celeuma: nec ꝓmissa tenẽt: sed illos quib⁹ multa ꝓmi-
serũt turpiter decipiũt vt ostẽdant se esse illos. Esa. iij.
Qui beatũ te dicũt ipi te decipiũt. Isti nõ habẽt pacẽ
de q̃ dicit̃ in ps. lxxxiiij. Iusticia ⁊ par osculate sunt: qꝛ
sub pace quã simulãt: iniusticiã cõmittũt: sicut ille qui
6 bursam scindit. A. xx. 6. ¶ Quinto diuersificat̃ par pe
nes obiecta triplicit̃: qꝛ est par hoīs ad deũ: ad seipm:
⁊ ad ꝓximũ. ¶ De prima dicit Apl's Ro. v. Iustifica
ti ꝑ fidẽ pacẽ habeam⁹ ad deũ: q̃ q̃liter acq̃rit̃: patet ꝑ
Ber. sup Cãtica. Si inq̃t iniq̃tates nr̃as dimiserim⁹
inter nos ⁊ deũ nr̃m tollat̃ qð interest ⁊ par erit: h̃ aũt
meli⁹ tolli nõ põt aliť q̃ꝫ ꝑ ꝯfessionẽ: ⁊ ꝓ tãto dicit de⁹
Esa. lvij. Creaui fructũ labioꝝ pacẽ. ¶ Par secunda q̃
est hoīs ad seipm q̃ est quies aĩe in ꝯsciencia pura ⁊ io
cũda: de q̃ dicit Aug⁹. de ciuitate dei: ꝙ par aĩe rõna-
lis: est cogitatõis actionisqꝫ ordinata ꝯsensio. Ad hãc
pacẽ habendã maxime niti debem⁹ ꝓpť iocũdã dei in-
habitationẽ: qꝛ in pace fact⁹ est loc⁹ ei⁹: in ps. lxxv. i. in
aĩa pacifica. Hãc g̃ si habuerim⁹ deũ habem⁹: ꝓpť qð
Apl's nos hortat̃ istã hic dicens. Pacẽ habete: ⁊ deus
pacl' ⁊ dilectionis erit vobiscũ. ij. Coꝛ. xiij. Par tertia
est ad oĩes ꝓpter op⁹ illoꝝ pacem habere cum eis. j.
Thessal'. v.
Ar. ij. ¶ Ista vo fit pacl' excellẽtia q̃ sinceriter erga tria ꝓdi-
7 cta obiecta obseruat̃: ostẽdit ꝓmo christi donũ. Cũ em̃
in fine maxime suos diligeret: quã q̃dẽ dilectionẽ do-
no pacis ostẽdere docuit ⁊ voluit. Ex q̃ argui põt: ꝙ
post seipm par sit maximũ qð dare põt: ꝑ argumentũ
sumptũ. E. vj. 22. qꝛ certũ est ꝙ maxime dilectis ma-
ximũ donũ daret: s; suos marie dilexit: g̃ eis maximũ
donũ dedit: in crastino ab eis recessur⁹: dicẽs. Pacẽ re
linq̃ vob̃. Ioã. xiiij. ¶ Secũdo ostẽdit auctoritas Au-
gu. de ciui. dei. li. xix. c. xij. Tãtũ inq̃t est pacl' bonũ ꝙ
ĩ reb⁹ creatl' nihil meli⁹ solet audiri: nil delectabili⁹ ꝯcu
pisci: nihil vtili⁹ possideri. Spũs em̃ hũan⁹ nunq̃ꝫ vi
uificat mẽbra: nisi fuerint naturali vinculo vnita. Sic
nec spũssanct⁹ ecclie viuificat mẽbra nisi fuerint vin-
culo pacis vnita. Cũ g̃ vinculũ pacis sit spũaliter qð
vinculũ nature est naturaliť: rõ apta est: q̃re par est op
tima: qꝛ sicut nihil corpaliť est cari⁹ vl' desiderabili⁹ vi
ta corpali q̃ in calore ⁊ vinculo ꝯsistit nature. Ita nihil
est spũaliť cari⁹ vita spũali: q̃ in pacis ꝯsistit vinculo.
Sitis g̃ solliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis.
Eph. iiij. ¶ Hac de causa Ber. sup Cãtica: deũ alloq̃
tur: dicẽs. Dñe pacem volo: pacẽ desidero: ⁊ nihil am
plius. ¶ Sed qualiter deus dedit discipulis suis hanc 8
pacẽ excellentissimã quos in multis dereliquit ꝑturba
tionib⁹. Respondet̃: ꝙ hic duplicẽ eis dereliq̃t pacem
⁊ duplex cõmisit bellũ: quib⁹ in celo oĩs erit pacis trã-
quillitas. Dereliq̃t em̃ eis interiorẽ ⁊ exteriorem. Inte
riorẽ quo ad deũ ⁊ ꝯscientiã ꝓpriã: exteriorẽ quo ad ꝓ-
ximũ bonũ: ꝙ illũ non turbarẽt: sed pacẽ cũ illo habe-
rent. ¶ Bellũ vo vnũ eis inferri ꝑmisit a ꝑsecutorib⁹:
qð ipi experiebant̃ sustinẽdo. Aliud vo eis cõmisit in
peccatoꝝ expugnatiõe: ipos turbãdo ⁊ aggrediẽdo: si
cut patet. A. xiij. arti. j. Et Math. x. vbi ait Non veni
pacẽ mittere: sed gladiũ. In fine vo oĩa talia bella ces-
sabũt. Et ideo s'm Ber. in quodã sermone: siguanter
dicit̃ i ps. cxlvij. Posuit fines tuos pacẽ. Et hoc est qð
ꝓmittit Esa. liiij. Multitudinẽ pacl' filijs tuis. Et pa-
cis eius non erit finis. Esa. ix.
¶ Hanc aũt tunc in glĩa mali non habebant pacem: Ar. iij.
quia primã nunc in gratia nõ habent: hoc em̃ rationa- 9
bile videtur: ꝙ qui primam non habẽt nec habere vo
lunt: sine qua ad secũdam non attingit̃ ꝙ nec habeant
secundã. Sed ꝙ primã non habẽt nec habere possunt
diuin mali esse volũt: patet primo per exemplũ de dño
cui seruiunt: diabolo nanqꝫ seruiunt qui non vult pa
cem sed guerram: quomõ em̃ pacem habere posset dia
bolus: qui semp penarũ inferni pungitur aculeis? Si
em̃ spina in pede non sinit hominem in pace quiescere
quõ illũ sinerent tot penaruꝫ genera in pace esse. Hec
vult ꝙ seruus suus sit maior eo: qꝛ ergo ipe nũq̃ꝫ est in
pace: sed semp circa iras: inuidias: luxurias: cupiditas-
tes excitandas agitat̃: circa consimilia etiam seruũ suũ
continue inquietat. Et ideo de seruis suis: non est par
vniuerse carni. Iere. xij. ¶ Secundo idem patet ꝑ ex- 10
emplum de familia que eis seruit. Videm⁹ em̃ ꝙ vbi
est in aliqua domo inuida: ⁊ cupida: ⁊ mala familia:
non erit diu par bona in domo illa: sed mali quasi pri-
uatam habent familiam suã: sensus suos qui semp sũt
querulosi ⁊ insaciabiles: quia gulosoꝝ nunq̃ꝫ saciatur
appetitus: nec inuidoꝝ malicia: nec iracundorum ira:
nec cupidoꝝ ⁊ luxuriosorum desideriũ: ⁊ sic de alijs.
Et ideo neqꝫ introeunti neqꝫ exeũti erit par p̃e tribu-
latiõe. Zach. viij. ¶ Tertio idẽ oñdit̃ ꝑ exẽplũ de dño
⁊ dña in domo aliqua: in quib⁹ videm⁹ ꝙ quãdo ipi
nõ trahũt ꝑ vnã chordã: sed sp sunt in cõtinua discor-
dia: nunq̃ꝫ erit vera par in domo illa: immo etiã ami-
cos qñqꝫ turbabũt. Sed sic est in malis: qꝛ dñs. i. ratio
sp vult caste viuere ⁊ ire ad ecclia; ⁊ sic ð alijs virtuo
sis opib⁹. Domina vo voluntas cũ ancilla sua carne
semper vult contrariũ. Et dum sic volũtas aduersus

rõnem: ꝛ caro ꝯcupiscit aduersus spiritũ non est pax ossi
bus meis: in ps. xxxvij. Immo etiã quãdoq; tales tur
bati in se om̄es vicinos turbant. Ignis nãq; de eis exi
ens: alijs nocet: quia sicut habetur Eccl. xxviij. Homo
iracũdus incendit litem: ꝛ vir peccatoꝛ turbabit amicos.
Et in medio pacem habentiũ immittit inimiciciã.
Ar. iiij. ¶ Nec mirum ꝙ mali nec in seipsis nec in alijs pacem
11 habẽt: quia oĩa habẽt que pacẽ impediunt ꝛ destruũt.
Qz eñ pctã pacẽ impediũt ꝛ destruũt ostẽsum est. B.
Supbia ij. 53. sed ipsi ꝓculdubio mortalia habent pctã. ¶ Qui
dam nanq; illoꝝ habẽt supbiam ꝛ hi supbia impedi
ente verã pacem habere nõ possunt. Nã vbi fuerit su
pbia: ibi ꝛ ꝯtumelia. Prouer. xj. Cui⁹ causa est: qꝛ sup
Superbi bia ꝛ supbi se habẽt ad modũ olei in aqua positi ꝓpter
oleo com duo. ¶ Primo qꝛ sicut oleũ nullo modo cũ aqua vult
parantur misceri sed societatẽ ei⁹ fugit: ꝛ superioritatẽ petit. Ita
supbi quibus dum iuste resistitur: resistentes iurgijs: iniu
rijs ꝛ ꝯtumelijs afficiũt: ꝛ pacem turbãt: ꝛ sic vbi fue
rit supbia ibi ꝛ ꝯtumelia. ¶ Secundo oleo assimilantur
qꝛ sicut oleũ finaliter comburitur: aqua integra ꝛ salua
manente. Ita in ꝓposito: qm̃ portabit iudiciũ q̃ vos cõ
turbat. Gal. v. qꝛ non querit pacẽ populi sed malum.
Jere. xxxviij. ¶ Et qꝛ ira eius est q̃si ira diaboli. Pau
peres nanq; offensi ꝛ simplices faciliter: ꝛ ꝓ paruo pa
cificantur: sed supbus cogitãs parentelã ꝛ diuitias: poti
us eligit cũ diabolo in eternũ affligi: q̃ pacificari. Iu
stũ ergo est ꝙ habeat qđ elegit: ꝛ ꝙ eius habeat societa
tem cui⁹ auctoritate datũ est ei vt sumeret pacẽ de terra
Cupiditas Apoca. vj. ¶ Alij vero habent cupiditatẽ: ꝛ hi cupidita
te impediente verã pacẽ habere nõ possunt: sicut patet
12 A. xxvij. 21. quia qui sequitur qđ ad plenum ꝯsequi nõ
põt: quõ in corde pacẽ habere posset. Ideo dicit beat⁹
Grego. Quid quieti⁹ q̃ in mũdo hoc nihil appetere:
q̃d laboriosi⁹: q̃ terrenis desiderijs estuare? Hinc est
ꝙ israel sabbatũ accepit in munere: ꝛ Egypt⁹ ꝑcutitur
muscarũ multitudine. i. cupidarũ cogitationũ anxieta
te: sicut ostẽsum est. A. xxvij. 21. Cõgrue ergo a quodã di
philosopho: ꝙ radix pacis est aliena non rape: fructus
vero eius requiẽ habere. De tali põt dici qđ dicitur de Sa
lomone. iij. Regũ. iiij. Habebat pacem ex om̄i parte.
Iniusticia ¶ Alij vero habent iniusticiã qui se habẽt ad subditos
ꝛ ad oẽs qui cum illis habent agere: etiã quibus nocere
13 timẽt: vel nocere possunt: sicut mal⁹ marscall⁹ ad equũ
pauperẽ ꝛ pauperis: quẽ respiciẽs ꝛ inueniẽs vnum cla
uum deficere: ꝛ intelligẽs qđ nihil ꝓ ope suo habebit:
nisi strictũ salariũ: ꝛ ꝙ dñs equi nõ põt ei nocere si pa
rum recalcitrauerit eũ ꝓsternit: vel sup ligna ꝛ inter li
gna ad hoc facta eleuat: ꝛ chamo os ligat ei feritatẽ im
ponẽdo. Dextrariũ vero diuitis ei adductũ omnibus fer
ramẽtis amissis ꝛ in oĩbus pedibus nudato: intelligẽs
ꝙ dñs ei⁹ ei robas vel caligas dabit vel dedit: vel ꝙ ei
malũ facere posset si vellet: si equũ suũ male tractaue
rit: illũ leniter palpat ꝛ blande alloquitur: dicẽs: benedi
ctus morell⁹ de hispania. Ita nõnulli dñi terreni ꝛ etiã
ꝑlati ꝛ eoꝝ ministri se habẽt tã in religione q̃ extra: qꝛ
paup qui non dat ꝛ qui nocere non põt ꝓ paruo deli
cto dure tractatur. Sicut patet p exemplũ de curia leonis
C. xvj. 36. Magni vero qui munera vel festa dant: vel
nocere ꝛ agere ad illos possunt: absolutionẽ vel depo
sitionẽ etiam pro magnis delictis faciliter euadunt: qui
cum tali iniusticia non plus bonã possunt habere pa
cem q̃ ille qui inequaliter tangit chordas bonam me
lodiam: de quibus dictũ est. C. iiij. 3. ꝛ 4. quia sicut ꝑdi
ctus equus paup semel sic male tractat⁹: nunq̃ postea
libẽter se illi subijcit qui prius eum male tractauit: sed
quãtũ põt recalcitrat ꝛ a potestate eius se retrahit. Ita
male tractati vero: corde: ꝛ ore: talibus ꝯtradicunt ꝛ con
tra eos cogitant: ꝛ faciunt quãdo ipsi viderint opportu
num: illisq; ore detrahunt ꝛ in corde cum illis pacẽ nũ
q̃ habẽt. Ideo signanter dixit ꝓpheta. Iusticia ꝛ pax
osculate sunt: quasi diceret: vbi est iusticia ibi pax: qꝛ te
ste Esaia. Et erit opus iusticie pax. Esa. xxxij. Vbi vero
iniusticia a ꝯtrario sensu: ibi nulla erit pax. Et sic veri
ficatur in eis illud Esa. lix. Qui calcat in eis. i. subditos
ignorat pacẽ. Alij vero habent peccata luxurie pacis im Luxuria
pedimẽta. Qz eñ illa pacẽ impediant elegãter significa 14
catum est. iiij. Regũ. ix. vbi Jorã regi querẽti. Nun
quid pax est Jehu? Respondit Jehu. Quid tibi ꝛ pa
ci: adhuc vigẽt fornicatiões matris tue: quasi diceret:
dum ille sunt in vsu: quomõ possunt pax esse in terra.
Ita modo dum tot sunt fornicatiões: adulteria: ꝛ alia
hmõi peccata immũda: quomõ posset diu pax esse in
ter nos? qui tot modis bellam⁹ contra deũ: qui est pax
nostra. Eph. ij. In alijs vero ꝑteritarũ iniuriarũ memo Iniuria
ria pacẽ impedit. Et tales lupo assimilantur. De quo in 15
fabulis fertur: ꝙ in domo cuiusdã nutritus tãdẽ filium Exem̄ de
eius in cunabulis occidit. Cui paterfamilias de cãpo Lupo
rediẽs occurrit ꝛ lupo ab ictu securis diuertẽte: grandẽ
in lapide fecit impressionẽ. Cui post paterfamilias ob
uians eũ allocut⁹ fuit de ꝯcordia faciẽda: ꝛ de die amo
ris tenẽda. Cui ille: diẽ amoris bene tenere poterim⁹:
sed tamẽ quotiẽs tu de filio tuo cogitas occiso: ꝛ ego de
ictu securis in lapide: nunq̃ boni erim⁹ amici. ¶ Assi
milantur etiam illi infideli. A. xvj. 6. Ad hãc vero memo
riam habendam ꝛ discordiam ꝯtinuandã qñq; ꝓpria
malicia: qñq; vero diaboli excitantur aduocati s. i. oblocu
toribus ꝛ detractoribus: qui quãdo aliquis cũ aliquo pa
cem facere deberet: ipm̃ de iniurijs factis cõmemorant:
ꝛ verbis quibus possunt hoĩes ad iracundiã ꝛ discordiã
ꝓuocant ꝛ pacẽ impediunt. Quoꝝ officiũ est officium
diaboli: quia sicut officiũ christi ꝛ bonoꝝ christianoꝝ:
est pacem inter discordantes reformare ꝛ tenere: ꝓpter
hoc nanq; christ⁹ in terram venit. In cuius signũ in
eius natiuitate angeli cantabãt. In terra pax homini
bus bone voluntatis. Lu. ij. Ita officiũ diaboli ꝛ malo
rum hoĩm est discordias seminare ꝛ pacẽ impedire: et
ad hoc causas ꝛ allegatiões apponere: de quibus Eccl.
xxviij. Susurro ꝛ bilinguis maledict⁹ multos enim
turbauit pacem habentes. ¶ Qz vero isti predicti ꝛ eis 16
siles diu pacem habere non poterũt: exemplo patet se
quenti: quo ostenditur ꝙ quedã vt fertur in vna terra fuit Exem̄
ciuitas peccatis plena: hec ergo timorẽ habẽs cuiusdã
magni regis qui ꝯtra eã veniebat misit ad quendã po
tentẽ magna ei offerẽs stipẽdia: ꝛ rogans ꝙ ad eos de
fendẽdos venire dignaretur: ad quẽ legati veniẽtes: vt
eum ad assensum ꝑbendũ animarẽt: ei ciuitatis expo
suerant fortitudinẽ: in muris fossatis: turribus ꝛ hmõi
munimẽtis a quibus ipse respondẽs quesiuit dicẽs. Est
ne coopertura supius ne ira dei sup illã descẽdere possit?
Hoc inquit: ꝓpter hoc dico: quia si haberet murũ qui
posset vos defendere a vindicta dei: ad vos venirem ꝛ
nõ aliter: qꝛ dũ est tã plena peccatis q̃ntũcũq; sit bene fir
mata lapidibus ꝛ militibus: impossibile est eã pacifice ꝛ ꝓ
spere gubernare: qꝛ nisi dñs custodierit ciuitatem: fru
stra vigilat qui custodit eã: in ps. cxxvj. Et si dñs illam
custodierit totus mund⁹ illã destruere nõ posset: qꝛ te
ste Paulo. Ro. viij. Si dñs nobiscũ: quis ꝯtra nos?
quis pugnabit aduersus electos dei? Deus vero quam
cunq; custodit ciuitatem terram ꝛ ꝑsonam que ei⁹ cu
stodit mandata: meli⁹ q̃ oẽs muri ꝛ milites mũdi. Et
nõ ambulantẽ in via dei nõ custodit: sicut patet Ba
ruch. iij. vbi talibus improperãdo loquitur de⁹ p ꝓphetã

dicēs. Quid est isrl' q̄ in terra inimicoꝝ: supple captiuus es? Sequit̄. Si in via dei ambulasses habitasses
in pace sup terrā. Ecce nō dicit isrl' trāslatū in terrā ini
micoꝝ: ꝓpter defectū muroꝝ ꝛ armoꝝ vel equoꝝ: vel
militū fortiū: ſ; q: in via dei nō ambulauit: sine q̄ impos
sibile est rebꝫ pacē dari. ij. Machab. iiij. Vide plura d̄
istis impedimētis pacis: sermone. lxxxiij. F.
Ar. v. 17 ¶ Inter multa ꝗ̄ q̄ ad hoc reqrunt̄: q̄ hoīes int̄ se pa
cē habeāt: pmū ꝛ maximū est: q̄ pax fiat int̄ nos ꝛ deū
ꝛ interiꝰ inter nos ꝛ ꝯscientiā. Sic enī citiꝰ illā obtine
bimꝰ q̄ꝫ q̄buscūqꝫ ꝓcessiōibꝫ vel oꝛōibꝫ: vel missaꝝ ce
lebratiōibꝫ: q: si oīa ista fiāt ꝛ aliud omittat̄: nihil impe
trat̄: q: sic dr̄ Job. ix. Quis restitit ei ꝛ pacem habuit?
Cū ꝟo finis belli sit pax: ad hoc q̄ istā pacē cū dō ꝛ cō
sciētia habeamꝰ: oportet q̄ pus bellū cū vicijs habea
mus ꝛ viciosis: ꝛ tūc habebimꝰ tp̄s belli: ꝛ tp̄s pacis.
Eccle. iij. ꝛ alit̄ nō. Qd̄ pulchre significatū est. Nūeri
xxxiij. Si nolueritis interficere habitatores terre q̄
remāserūt: erūt vobis q̄si claui in ocul'. i. si nolueritis in
teriꝰ destruere pctā: ꝛ exteriꝰ corrigē pctōres: erūt vob̄
tā afflictiui interiores ꝛ exteriores inimici: deo hoc ordi
nāte: q̄ pacē nō habebitis: nec interiꝰ nec exteriꝰ. ¶ Nec
mirū: q: q̄ntūcunqꝫ roget oīe q̄ ad pacē sunt: quō pacē
hīe posset: q̄ ope deū expugnat: ꝛ bellū cum deo habet
quō posset talis: vel cū vicinis: vel cū ꝯsciētia sua pacē
hīe: cū deꝰ in hoc casu faciat sicut facit q̄ bellātibꝫ resi
stere vel eis nocere vult. Talis nāqꝫ aliq̄s ꝓcurat q̄ ex
alia pte ꝯ eos surgāt: sic deꝰ ꝯ eos oēs ad insurgēdū in
uitat: dicēs. Quis cōsurget mihi aduersus malignan
tes? aut q̄s stabit mecū aduersus opantes iniq̄tatē: in
ps. xciij. Spāliter tn̄ int̄ oēs ꝯsciētia surgit cū deo: ꝛ q̄si
lancearū aculeis pctōrē pungāt: q̄ punctura pessimū
est belloꝝ genꝰ: sicut ptz. C. vij. arti. v. Aliq̄tiēs etiam
exteriores ꝯ pctōres excitat inimicos: de q̄bꝫ si vis pacē
hīe: fac pmo qd̄ deꝰ pcipit. Prouer. iij. Mādata mea
custodi: longitudinē dierū ꝛ pacē apponēt tibi. Et ite
rū Prouer. xvj. Cū placuerint dn̄o vie hoīs: inimicos
q̄qꝫ eiꝰ ꝯuertet ad pacē. Ex q̄bꝫ ptz illud Eccl'. j. Initiū
sapiētie timor dn̄i: replens pacē ꝛ faciēs salutē. ¶ Sed
heu aliq̄ nō pacē: sed treugā cū dō faciunt: q̄ vsqꝫ post
pascha a tp̄e ꝯfessionis vel vsqꝫ post infirmitatē dei cu
stodiūt mādata: ꝛ a pctīs cessant: ſ; ista non sufficit: q:
semp pacē hīe debemꝰ in terris: ad h̄ q̄ sp pacē habea
mus in celis: de q̄. ij. Thessal'. iij. Deꝰ aūt pacis det vo
18 bis pacem sempiternā. ¶ Secundū aūt sic est hūic q̄
vicꝫ pacē habeāt cū dei seruis ꝛ ministris: q̄ nāqꝫ fron
te vel audacia posset q̄s ab aliq̄ rege pacē petere: ꝛ ser
uos suos ꝯtinue expugnare: ꝛ si peteret frustra peteret
cū illis Jaco. iiij. Petitis ꝛ nō accipitis: eo q̄ male pe
tatis. Sic in ꝓposito: de illis q̄ tp̄a a deo petunt pacifi
ca: ꝗ q̄ a nullo inq̄etent̄: dicētes. Da pacē dn̄e in diebꝫ
nr̄is: ꝛ paupes crudeliter affligūt ꝛ incarcerāt: ꝛ odio
habent iniuste ꝓsequētes. Sic enī agentes ꝛ si pacē pe
tant: pacē non obtinebunt: sed dicet̄ eis: petitis ꝛ non
accipietis ꝛc. ipso ꝯtra eos bellante: qui ait: ꝓpter mise
riā inopū ꝛ gemitū pauperū nunc exurgā dicit dn̄s: in
ps. xj. Cui nō poterūt resistere: q: dn̄s quasi vir pugna
tor: oīpotens nomē eiꝰ: currꝰ Pharaonis ꝛ exercitum
eiꝰ: scꝫ qui seruos eiꝰ ꝓsequebant̄: ꝓiecit in mare. Exo.
xv. ¶ Nō solū ꝓsequentiū ꝑdēdo ꝑsonas: sed oīa etiā
ꝯ illos exercendo q̄ ipi seruis suis facere ꝯsueuerunt.
Ipi nanqꝫ tyranni pauperū diripiunt possessiones: ꝛ
domos illoꝝ occupant: ꝛ ꝑsonas q̄nqꝫ occidunt. Sic
deus illis ministrat ad modū regis: q̄ hec tria facit re
bellantibꝫ: iuxta illud ps. xx. Dn̄s in ira sua ꝯturbabit
eos: possessiōes suas ꝛ bona exterioꝛa auferendo ꝑ in
fortunia. Et deuorabit eos ignis: scꝫ inferni: scꝫ domū
aīe. i. corpꝰ ꝛ ꝯtentā aīam in gehennā mittēdo ꝛ incar
cerando. ¶ Si ꝗ hoīes cū illis q̄s offenderunt pacē fa
ciunt: timore aliquoꝝ iudicū terrenoꝝ q̄ veniūt vt de
talibꝫ inquirāt malefactoribꝫ. A fortiori rōne: q̄ aliq̄bꝫ
nocuerunt: cū eis pacē facere deberēt timore istiꝰ iudi
cis qui habet ptātem mittere in gehennā. Ita dico vo
bis: hunc timete. Luce. xij. Et. j. Pe. ij. Et agatis sicut
agit q̄ cū aliquibꝫ brigā habet vel guerrā: qn̄ videt q̄
rex cui resistere non valet: partē illoꝝ ex corde iuuat: ta
lis enī in hoc casu si sapiens sit cū illis ꝯcordat̄. Et ad
hoc q̄ ꝯcordiā illā cū rege obtineat: oportet q̄ sicut rā
corē de corde: ita etiā incarceratos de hoībꝫ regis illiꝰ
de carcere suo dimittat: ꝛ ablata restituat: ꝛ tunc secu
rius pacē petat. Sic in ꝓposito: remittat vnusq̄sqꝫ fra
tri suo de corde suo: ꝛ cessate eis nocere: ꝛ ablata resti
tuite: ꝛ tunc secure rogate q̄ ad pacem sunt: in ps. cxxj.
¶ Tertiū qd̄ reqrit̄ ad pacē obtinendā est mandatoꝝ 19
dei obseruātia. Leuiti. xxvj. Si in pceptis meis ambu
laueritis ꝛ mandata mea custodieritis ꝛ feceritis ea: da
bo vob̄ pluuiā ꝛ terra gignet germen suū: ꝛ pomis ar
bores replebunt̄: quo ad abundatiā tp̄aliū. Dabo pa
cem in finibꝫ vr̄is: dormietis ꝛ nō erit qui exterreat: q̄
ad pacē tp̄oꝝ: ꝓsequimini inimicos vros ꝛ corruēt co
rā vobis. ¶ Quartū qd̄ requirit̄ est: q̄ in ꝯcordia faci 20
enda ꝛ pacē inter discordantes reformāda: non nimis
graues petant̄ emende: non tn̄ ꝓpter eām pactā. D.
x. 14. verū etiā ne illoꝝ intentio ꝛ nisus potius videat̄
esse circa cupiditatē q̄ꝫ pacem. Et pax qui talis fit pacto
nunq̄ erit durabilis: sicut ostēsum est. B. ij. 55. q: si
sic ꝯcordatus auderet cor ostendere: non diceret se pa
cificatū sed ꝓuocatū: quia nimis care pacem emit: vel
nimis de iure suo parti timore dimisit. Et ideo tp̄e vi
so oportuno ostendet q̄ nunq̄ in medio tp̄e vera pax
fuerat. ¶ Qui ergo verā desiderat pacem tria potiꝰ fa
cere deberet q̄ꝫ illa fraudaret. ¶ Primo nanqꝫ deberet
se potius hūiliare aduersario suo. Exemplo informa Exm̄ de
tus brutoꝝ: de quibꝫ dicit Piniꝰ. li. viij. q̄ in quibus duabus
dam aīalibus hec repta est solertia: vt due oues sibi oc ouibus
currentes sup pontem artū: cum non posset vna iuxta
aliā transire: ꝛ aqua esset ꝓfunda: nec liceret retrocede
re: vna alteri se substrauit ꝛ alteri supra se viam fecit.
Sic hoīes deberent sibi cedere: ꝛ vnus alteri se hūilia
re ꝓpter bonū pacis: ne in ꝓfundum cadāt inferni: co
gitantes q̄ arta est via que ducit ad vitā. Ergo ne ab
illa deuies ꝛ in ꝓfundum cadas: esto ꝯsentiens aduer
sario tuo. Math. v. Non vos defendētes charissimi.
Ro. xij. Secūdo deberet potiꝰ de suo dare: sicut ptz ꝑ
exemplū ꝛ auctoritatē. D. ix. 11. ¶ Tertio deberet aliq̄
iuri suo credere: ꝛ iniuriā vel etiam grauia pati. Exem
plo Constātini qui potius elegit grauiter esse infirmꝰ
q̄ꝫ puerorum morte multoꝝ pacem ꝑturbare. Sic ergo
inquire pacem ꝛ ꝓsequere eam: in psal. xxxiij. Quā au
ctoritatē Crisostomꝰ allegās sup Math. Homel'. ix.
dicit. Non inquit dixit ps. Ite pax sequet̄: suscipe eam 21
sed si a te fugerit sequere eā: vtputa si quod hūanū est
cum alio feceris litem: siquidē te prius inuitat ad pa
cem pax te sequit̄ cū gaudio suscipe eam: q̄ si ille qua
si malus ꝑmanet in malo: pax abscondit̄ ab oculis tu
is: eris quasi filius pacis pulsa ianuā pacis. Et hoc est:
inquire pacem. Non dicas. Ille mihi prior iniuriam
fec: ꝛ priꝰ me debet rogare: glorior es tu si innocēs pa
cē petieris q̄ꝫ si nocēs. Querite igit̄ pacē vt pmiū pacis i
uenietis: cū ill'. Math. v. Beati pacifici: q̄m filij dei vo
cabunt̄. Exēplo chr̄i q̄ venit Hierlm̄ q̄ visio pacis dr̄
ad querēdum pacem vt dirigeret pedes nr̄os in viam

pacis. Luce.j. Et exemplo aliarũ opationũ: que dili-
gẽter in alijs fiũt negocijs minoris vtilitatꝭ. Si enĩ le
gatũ hoĩs cũ magna nõ dico expectaꝭ: ſ; q̃riꝭ diligẽña
ḡ a fortiori rõne legatũ dei: de q̃ Eccl'.xlv. Statuit ei te
ſtamentũ pacis. ¶ Quõ võ illud dei teſtamẽti legatũ
amittaꝭ: vide. D.viij.6. Alij etiã illud pdũt: q2 illud q̃-
rere nolũt. Certũ cũq3 enĩ aliq̃d tibi legatũ fuerit: niſi il
lud q̃rere velis. Quis illud tibi portabit? Sic nec illis
vera portaꝭ pax: q̃ dicũt: bene vellẽ pacẽ: ſ; ſe pn⁹ no-
lunt humiliare nec circa illã habẽdã laborare: q2 ſicut dr
Eſa. lix. Viã pacis neſcierũt. Nota q̄ ſignanter dicit
viã: q2 vie terminũ vellẽt: ſed via q̃ ad illũ pueniꝭ ter-
minũ ſcire noluut: de q̃bꝫ Aug⁹. ſup illud: pſ̃.lxxxiiij.
Juſticia ꝛ pax oſculate ſunt. Due inq̃t ſũt amice iuſti-
cia ꝛ pax: tu forte vnã vis: ꝛ alterã nõ facꝭ. Nemo enĩ
eſt qui nõ vult pacẽ: ſed nõ oẽs opari volũt iuſticiã.
Interroga oẽs hoĩes: vis pacẽ: vno ore rñdebit gen⁹
hũanũ: opto: cupio: amo: volo: ama ḡ iuſticiã: q2 due
amice ſunt. Et ſi amicã nõ amaueris: nõ amabit te: nec
veniet ad te. Hec ille.

Ar.vj. ¶ Si võ illã pdictã amiciã dilexeris: iſta ad te veniet
21 cũ triplici vtilitate: cũ vna ante mortẽ: cũ alia in morte:
cũ tertia poſt mortẽ. Ante mortẽ nanq3 pacis vtilitas
eſt honor: tã ſpũaliũ q̃3 tpaliũ multiplicatio ꝛ augmẽ
tatio. Sicut ecõuerſo contingit q̄ guerre ꝛ diſſenſiões
ſunt cauſa depaupationis: ita pax ditationis: ꝓpẽ qđ dr
Job.xxij. Acq̃eſce ei ꝛ habeto pacẽ ꝛ p hẽc habebis fru
ct⁹ optimos: ꝛ in pſ̃.cxxj. fiat pax in virtute tua ꝛ abũ
dãna in turribꝫ tuis. ¶ Alia eſt ei⁹ vtilitas ante mortẽ
q̄ filios dei p grãm facit: ipẽ enĩ chriſt⁹ eſt rex pacific⁹
ꝛ ſignificaꝭ p Salomonẽ q̃ vocaꝭ pacificus.j. Paral'.
xxij. ꝛ.ij. Cor.vlt. De⁹ aũt pacis ꝛc̃. ¶ Tertio in no-
bis dei facit habitaculũ: de⁹ enĩ eſt ſapiens q̃ locũ dili-
git pacificũ. pſ̃. In pace fact⁹ eſt ꝛc̃. ¶ Quarto oculum
cordis ad dei diſponit viſionẽ: ſicut pax aque ad vidẽ-
dũ imaginẽ i ea. Heb.xij. Pacẽ ſeq̃mini cũ oĩbꝫ ꝛ ſan
ctimoniã: ſine q̃ nemo deum videbit. ¶ In mortis võ
tranſitu ſeu portu ad pacẽ ſeu q̃etẽ ducit eternã. Sic enĩ
q3 nauigãtes in portu gaudẽt q̃eto: ibiq3 dormiũt ꝛ re
q̃eſcũt poſt labores. Ita pacific⁹ in morte dicẽs. In pa
ce in idipm dormiã ꝛ req̃eſcã: in pſ̃.iiij. Eſa.lvij. Ve-
niat pax ꝛ req̃eſcat. In pace morieris. Jere.xxxiiij. Et
deducet in pace itinera tua. Prouerb.iij. ¶ Poſt mortẽ
etiã pacifici tanq̃3 filij dei cũ pře ſuo pacifico cõregna-
bunt: ꝛ tunc veniet ſicut dicit apl's Ro.xiiij. q̄ regnũ
dei non eſca: nec potus ſed pax ꝛc̃.

Ar.vij. ¶ Et ſicut ex iã dictis pꝫ: q̄ multa ex vera pace ſequũ-
23 tur bona. Ita ex vere pacꝭ defectu multa ſequunꝭ ma-
la. Vere aũt pacis defect⁹ dupliciter ꝯtingere põt: vel
p fictã ꝛ falſam pacẽ: vel p aptã diſcordiã ꝛ ex vtraq3
multa mala ꝯtingũt. ¶ Ex enĩ ex pma: multa mala cõ
tingũt hũano generi dãna oſtẽdit: tã primoꝝ parentũ
caſus ꝛ infortuniũ: q̃3 etiã quotidianũ experimẽtum.
¶ Primoꝝ nanq3 parentũ peccatũ ꝛ tot⁹ generis hu-
mani pditio ex h̃ ſm doctores accidit: q̄ Adã cũ vxo-
re ſua in malis cõcordabat: pontiſq3 elegit cũ peccatri-
ce pacẽ malã habere: eiq3 in malis placere: q̃3 ei de eſu
pomi ſibi oblato ab vxore ꝯtradicẽdo diſplicere ꝛ vxo
ris pacẽ pturbare. ¶ Quotidianũ inſup experimentũ
oſtẽdit q̃nta ex inordinata pace ſequnꝭ dãna: tã inter
viros eccl'iaſticos q̃3 etiã ſeculares. ¶ Inter viros nan
q3 eccl'iaſticos tã religioſos q̃3 alios ex hac mala ꝯtin-
gunt. ¶ In religione nanq3 ex hoc q̄ maiores potius
eligunt cũ minoribꝫ pacem habere: ne coꝝ amittãt fa-
uores in locutionibꝫ ꝛ electionibꝫ ꝛ fame dilatione: vl'
ne in officijs non ponanꝭ: vel ne de officijs deponanꝭ:
ſi diſplicerant: multa diſſimulanꝭ: que de iure diſſimula-
re non deberẽt. ¶ Inter alios etiã viros eccl'iaſticos ex
hoc q̄ plati ꝛ alij qui in aiarũ ponunꝭ regimine: par-
rochianos ſuos ꝛ alios offendere nolunt: ſed volũt cũ
malis in pace viuere multa peccata incorrecta diſſimu-
lanꝭ: ꝛ vtriq3 libere ad infernũ vadunt: q2 vtriq3 con-
tra conſcientiã agunt: tã peccantes q̃3 cũ eis pacẽ habẽ
tes: pſ̃.lxxij. Quia zelaui ſup iniquos pacẽ pctõꝝ vi-
dens: non eſt reſpect⁹ morti coꝝ. ¶ Inter viros etiã ſe
culi: ſicut inter duodenarios ꝛ aſſeſſores ꝛ falſos hoĩes
patrie: ꝛ hoc latrones ſuſtẽtanꝭ ꝛ homicide: q̄ mutuo
ſe iuuant: ꝛ vn⁹ ad rogatũ facit alteri⁹ cũ quo malam
habet concordiã. Et in oĩbꝫ iſtis ſe excuſare eſtimant p
illos p quos roganꝭ: ſicut Adã ſe excuſauit p vxorem
ſuã. Geñ.iij. tã magna mala pacem appellãtes. Sap̃.
xiiij. ¶ Ex etiã ex manifeſta diſcordia multa ſequũtur 24
mala: certũ eſt: q̃t enĩ ex bona pace in pcedẽn articulo
ſequũꝭ cõmoda: tot neceſſe ẽ vt ex ei⁹ ꝯrio ſeq̃nꝭ dãna:
tã añ mortẽ q̃3 i morte q̃3 etiã poſt mortẽ. ¶ Ex enĩ añ
mortẽ ex pacis defectu multa ꝯtingãt mala: tã exterio-
ra ſicut pugne: homicidia: rapine ꝛ hmõi q̃3 etiã iterio
ra: ſicut odium: dolor: ira: malicia: priuata diſcordia: ꝛ
hmõi dubiũ nõ eſt nõ ſolũ inter duos: ſed etiã intẽ mul
tos ſicut oſtẽſum eſt. D.viij.9. ¶ Ex etiã in morte ma-
la eos capiãt in interitu: pſumẽdũ eſt q̄ diabol⁹ ſemp
eos ante mortẽ ad hoc diſpſit vt in morte eos raperet.
¶ In q̃ facto lupo aſſiilanꝭ: q̃ ſm phm.li.ij. de aialibꝫ
pus gregẽ diſpgit ꝛ poſtea rapit. Sic iſte lup⁹ rapit ꝛ
diſpgit oues. Eccl'.xlj. O mors q̃3 amara eſt memoria
tua: hoĩ iniuſto ꝛ habẽti pacẽ in ſbã ſua: nõ in ſcipõ nec
in ꝯſciẽtia: nec cũ deo vel ꝓrio: ſ; in ſbã ſua quã nimis
dilexit. ¶ Ex etiã poſt mortẽ mala inuenient: pꝫ: qꝛ ſic
de bonis ꝛ pacificis dr poſt mortẽ. Illi aũt ſunt i pace
Sap̃.iij. De⁹ nãq3 pacific⁹ quẽlibet talẽ nũc ad regnũ
recipit pacis: dicẽs. In pace ꝛ eq̃tate ambulauit mecũ
Malach.ij. Ita ecõtrario nõ ageꝭ cũ nõ pacificꝭ. Nõ
D.viij.ar.vlt. Nec mirũ: q2 ſi pacifici ſunt bẽi: opor-
tet q̄ nõ pacifici ſint maledicti: non tñ a deo ſ; ab oĩũ
creatura: qꝛ oĩs creatura naturaliꝭ q̃etẽ optat ꝛ pacẽ:
quã ipi pturbãt: dẽ q̃bꝫ Abdie.c.vnico. Inualuerit ad-
uerſum te viri pacis tue.i. q̃ deberẽt eſſe viri pacꝭ tue.
¶ Ex q2 tñ cõmittũt delictũ ſine pena trãſire nõ pñt. Ar.viij.
Hoꝝ aũt pena ꝛ piculũ dupl'r timeaꝭ: tpaliꝭ: ꝛ eterna 25
liꝭ. Tpaliꝭ tã i rebꝫ q̃3 in pſonis. In rebꝫ pꝫ p legẽ ci-
uilẽ in auctẽtica: n. de pace iuramẽ. firmanda. Col'.x.
l.vnica.§.homicidiũ: in qua non tñ ipi pturbatores:
verũ etiã de eis iudiciũ non facientes: in ſuis facultati
bus puniunꝭ: ſub eo qui ſequit tenore. Judices võ et
locoꝝ defenſores vel quicunq3 magiſtrat⁹ ab impato-
re vel eius voluntate ꝯſtituti ſeu ꝯfirmati: qui iuſticiã
facere neglexerint: ꝛ pacem violatã etiam vindicare le
gitimo ſupſederint: damnũ oĩe iniurio paſſo reſarti-
re compellanꝭ. ¶ Huic lex ꝯcordat dei. Ro.j. Digni
ſunt morte: non ſolũ qui faciunt ea: ſed qui cõſentiunt
facientibꝫ. Sup quo dicit Ambro. q̄ ꝯſentire eſt tace-
re: cũ poſſet redarguere. ¶ Nota plures auctoritates
ad h̃. C.xvj.5o. ¶ Hec eſt dura ſentẽtia ꝯ nõ punien-
tes vt meruerunt latrones: de q̃bꝫ habeꝭ. J.iiij.14. cũ
ſequenti. Sequiꝭ: cito poſt in auctentica pdicta. Recs
ptatoribꝫ etiã malefactoꝝ qui pdictã pacẽ violauerũt:
ꝛ pdã emẽtibꝫ nr̃am idignationẽ ſubituri ꝛ eadẽ pena
feriẽdis: pterea bona ei⁹ publicenꝭ: ꝛ dom⁹ ei⁹ deſtruaꝭ
q̃ pacẽ iurare ꝛ tenere noluerit: ꝛ lege pacꝭ nõ fruaꝭ: h̃
ibi. Glo. võ ſup illo vbo: deſtruaꝭ: videꝭ textũ deride
re: dicẽs. Hic nõ inſperit impator iſte deformitatẽ vꝫ h̃
ꝓpter deſtructionẽ domoꝝ qđ alias lex reſpicit: q̃ñ in

tereſt reipublice ne vrbs deformet̃ ruinis.ff.ne q̃d i lo
26 co publico.l.vlti.l.in.ff.nouo.li.v. ¶ Quod etiã puniẽdi
ſũt in corpibꝰ ⁊ pſonis:ſatis ſignificat̃ p h qd̃ refert ma
giſter in hiſtoria ſcholaſtica Joſue.xxiij.dicens. In ſi
gnũ federis effudit Joſue aquã ſup terrã. Mos in q̃t
erat gẽtibꝰ in ſignũ federis inite: ſanguinẽ ſuillã effun
dere: q̃ſi diceret:ſic effundet̃ ſanguis eiꝰ q̃ violauerit h
fedꝰ. Hebrei vo fundẽtes aquã atrociorẽ penã in vio
latorẽ indicabãt. Alij eñ liq̃res nõ effundunt̃ de vaſe
q̃n aliqd̃ veſtigiũ ſui in eo derelinquãt: ſolꝰ aque liq̃
pfuſus effunditur: quod faciebãt Hebrei federe inito
cum domino quaſi diceret. Non ſolum violator hu
ius federis peribit: ſicut in aliis fit federibus ſed tota
pgenies eiꝰ pibit cum eo: vt nullum veſtigiũ eius ap
pareat ſup terrã. Hec ibi. In q̃ pena ptꝫ ⁊ piculũ vio
lantiũ fedꝰ pacis: qd̃ eñ deo faciũt q̃ñ pſitent̃: ⁊ etiã qd̃
cũ pximo faciũt dei intuitu: quia nõ ſolũ ipſi: verũ etiã
ipoꝝ heredes pp̃ hmõi trãſgreſſiões pacis federis: nõ
tñ hic ledunt̃: ſed etiã frequẽter corpalit̃ occiſi ⁊ exhe
redati vident̃: q̃bꝰ penis ſi carere volueris pacẽ habeat
27 tabernaculũ tuũ Job.v. Quã ſi nõ habuerit: hic ⁊
in futuro punient̃ eternis: cũ illo q̃ nunq̃ ſe flectere vo
luit: vt pacẽ hrẽt diabolꝰ: de q̃ fert̃ q̄ a q̃dã req̃ſitꝰ: q̄
Exm̃ re ſe humiliare nollet vt miſcðiam ⁊ pacẽ obtineret. Rñdit
affligi poſſumꝰ flecti nolumꝰ. Cuiꝰ cõditiões ſunt aliq̃
q̃ ad pacẽ regrẽdũ vl' habẽdã nolũt inclinari: ⁊ ideo iu
ſtũ eſt: vt illiꝰ ſocij ſint in penis cuiꝰ cõditiõnẽ tenent in
culpis. Et q̄ celeſtis paſtor illos de ouiũ excludat ſocie
tate q̃ ſiĺ pacifice nõ viuũt: q̃ canũ ⁊ porcoꝝ q̃ p minis
mis pugnãt ſequunt̃ cõditiões. Quod vo iſta pena ſit eis
Exm̃ debita: oſtẽdit̃ : a hiſtoria q̃ etiã lege ciuili. ¶ Hiſto
ria ad hoc fert̃ de duobꝰ vicinis int̃ ſe diſcordãtibꝰ: at̃
q̃s cũ amici vellẽt pacẽ reformare ⁊ nõ poſſent: ipſis ſic
mortuis: q̃dã ſanctꝰ poſt mortẽ illorũ vidiſſe legit̃ du
os nimis deformes ad inuicẽ crudelit̃ pugnãtes. Qui
req̃ſiti: rñderũt: ſe eſſe illos duos vicinos: q̃ qi nunq̃
potuimꝰ pacẽ int̃ nos hr̃e: ſꝫ mutuo nobis detraximꝰ ⁊
nocuimꝰ: ⁊ detractiões ⁊ nocumẽta libẽter audiuimꝰ
Idcirco nũq̃ pacẽ habebimꝰ vel q̃etẽ: ſꝫ ſicut tũc nos
mutuo comedimꝰ ⁊ afflixímꝰ ad culpã: ita ſp̃ faciemꝰ
ad penã. Nota hiſtoriã aliã ad iſtud ppoſitũ. C.ix.ſ.
¶ In lege etiã hec ptinet̃ ſentẽtia.ff.de inofficioſo teſta
mẽto.l.papinianꝰ.§.meminiſſe.i.l.ff.veteri.li.v. Hec
nãq̃ lege hr̃: q̄ ipugnãs teſtamẽtũ: vtpote: q: teſtator
nõ fuerat ſane mẽtis vel aliq̃d ſiĺe: ⁊ poſtmodũ legatũ
qd̃ ſibi i teſtamẽto legatũ eſt petẽs: illo legato carebit.
Sic q̃ impugnãt teſtamẽtũ cħriſti d̃ pace habẽda quã
chriſtꝰ docuit in ſua p̃dicatiõe Eph.ij. Veniẽs euãge
lizauit nobis pacẽ: quã tenuit i ſua cõuerſatiõe: ps̃.cxix.
Cũ his q̃ oderũt pacẽ: erã pacificꝰ ⁊c̃. Induxit i ſecre
ta admonitiõe. Marci.ix. Pacẽ habete int̃ vos. Fecit ĩ
ſua paſſiõe: q: redimet in pace aiam meã: in ps̃.liiij. Et
Eph.ij. Ipſe eſt pax nr̃a: qui fecit vtraq̃ vnũ. Eſa.liij.
Diſciplina pacis nr̃e ſup eũ. Obtulit in ſua reſurrectio
ne. Joan.xix. Et Luce.xxiiij. Pax vobis: ego ſum. Le
gauit in ſua ſeparatiõe. Joan.xiiij. Pacẽ relinquo vob:
teſtamẽto pacis ſp̃ priuabunt̃. Nota ad hoc aliã legẽ.
D.viij.6.⁊.X.j.arti.iij. Et iuſte quidẽ ſic priuabunt̃:
q: non eſt iuſtũ q̄ filij ſathane illud habeãt legatũ: ſed
tales teſte beato Grego.in paſtorali: filij ſunt ſathane.
Si inquit: dei vocant̃ filij qui pacem faciunt: pculdu
bio ſathane filij ſunt qui cõfundunt.
Ar.ix. ¶ Circa vo inuẽtionẽ remedioꝝ contra oĩa p̃dicta ma
28 la ⁊ pericula que ex pacis contingũt defectu: tria reſtãt
dicenda. Primo nanq̃ oſtẽdere reſtat ppoſitũ in reme
dioꝝ inuentionẽ. Secũdo inueniẽdi ⁊ habẽdi neceſſi
tatem. Tertio nõ habentiũ piculoſam fatuitatẽ. Quãtũ
ad primã cũ illis remedijs que oſtẽſa ſunt.ſ.eo.c.arti.
v. optimũ ⁊ maximũ cõtra oĩa p̃dicta picula eſt ani
moꝝ vera cõcordia: vt oẽs hoĩes ſint q̃ſi caſtrorũ acies
ordinata: ⁊ hoc faciat in eis volũtas ⁊ ratio q̃tũ ad cor
pus myſticũ: qd̃ facit natura in corpe naturali. Sicut
nanq̃ natura ad hoc ſemp nitit̃: vt q̃litates elemẽtorũ
in corpe viuo ſint: in bona cõportiõe: ⁊ q̄ vnũ ſupra aliũ
ud non dñetur p exceſſum inordinatũ ad hoc q̄ pax in
corpe habeat̃ que ex bona euenit ſanitate: ⁊ ad hãc ha
bendã ſudore ⁊ aliq̃ñ minutione expellere nitit̃ humo
res qui hanc pacẽ impediũt: que dũ obſeruate p oĩa
põt: pace fruit̃ optata: ⁊ a cõtrario cõtrariũ euenit. Sic i
ppoſito: ratio chriſtianoꝝ ad hoc intẽdere debet: vt ſi
cut dr̃ Ro.xv. Vnanimes vno ore honorificetis de ſic
ita q̄ vnus ſupra aliũ nõ eleuet̃ p ſupbiã: nec aliũ de
primat p inuidiã: ⁊ ad iſtã vnitatis pacẽ habendã: opor
tet q̄ eã peccata interiora eijciat: q̃ etiã peccatores exte
rius corrigat vel eijciat orando: ⁊ coopando cũ Pau
lo dicente. Vtinã abſcindant̃ q̃ vos cõturbãt tanq̃ ma
li humores. Nã q̄ mali hoĩes ſunt ſicut mali humo
res in corpe: ptꝫ p Decretũ.de conſe.di.iiij. eſt vnitas.
Et ſicut zizania in tritico: ſicut ptꝫ p Decretũ ſumptũ
ex verbis Augu.in li.de baptiſmo. xxiij.q.iiij. q̃ſtio.
Et ad hoc faciendũ cooperari debet ſupioris potentia
qui minutoris locũ obtinet: que ſi nõ fecerit ſpũalis ſa
nitatis pace ſemp carebit. Si vo hoc ex corde ⁊ effectua
liter fecerit: in pace ſunt oĩa q̃ poſſidet. Lu.xj. Quãtũ ad 29
ſecundũ neceſſitas hoc mediũ ⁊ remediũ inueniẽdi: p̃
mo nobis in cõſuetudine oſtendit̃ diſcretoꝝ: q: ſicut in
ter ſe diſcordãtes videntes tertiũ cũ exercitu magno cõ
tra eos venire: pacẽ inter ſe faciũt vt ſint fortiores con
tra tertiũ. Sed diabolꝰ venit cũ exercitu magno: terrã
nr̃am inuaſurus: ad hoc eñ circuit querẽs quẽ deuo
ret.j.Pe.v. Quotiẽcunq̃ ḡ pñꝰ fuerimꝰ int̃ nos diſcor
des hoc intelligẽtes: ſimꝰ amodo pacifici ⁊ cõcordes vt
ſimꝰ cõ illũ fortiores. Qd̃ ſi facere noluerimꝰ minor in
nobis: q̃ in brutis inuenit̃ prudẽtia vel ſagacitas. Nã
⁊ duo canes inter ſe pugnãtes: videntes lupũ cõ eos ve
nientẽ: brigã quã inter ſe habuerãt dimittũt: ⁊ lupum
cõcordit̃ inuadũt. Hac cõſideratiõe ſicut refert Julius
ſextꝰ ſtrategematon.li.j.ti.x. Scoriſꝰ dux Dacoꝝ i ex Exm̃
ercitu pugnã ſedauit oſtendẽs eis duos canes pugnã
tes: ante quos lupũ currere fecit: quo viſo pugna inter
eos dimiſſa: lupũ cõcorditer ſequebant̃. Sic inq̃t facite
vos contra romanos. Sic etiã faciant chriſtiani contra dia
bolũ ⁊ animarũ inimicos tenentes doctrinã ppħe di
centis. Stemꝰ ſimul Eſa.l. Et iteꝝ. Accedite ſimul: q̃
ſalui eſtis. Eſa.xlv. Et iterũ. Simul ad iudiciũ appro
pinquemꝰ. Eſa.xlj. Et ſupior in hoc caſu exemplũ te
neat Moyſi: de quo dicit̃ Actuũ.vij. q̄ apparuit illis
litigãtibꝰ ⁊ reconciliabat eos in pace: dicens. Viri fra
tres eſtis: vt quid nocetis alterutrũ. ¶ Iterũ non ſolũ 30
inimicoꝝ multitudo ad hãc cõcordiã habendã nos ne
ceſſitat: ſed etiã ipſorũ ppinquitas: quia ſemp pp̃e nos
ſunt videntes ⁊ audiẽtes quicq̃d facimꝰ. Hac cõſide
ratiõe ſicut narrat Juliꝰ sextꝰ ſtrategematon.li.j.c.ix.
Silla romanoꝝ dux legiões pacificauit inter ſe diſcor
dãtes: nunciãdo hoſtes pp̃e eſſe: qui ſtatim cõ hoſtes ſe
armauerũt. Sic vos cũ inimici pp̃e ſint induite vos ar
maturã dei: vt poſſitis ſtare aduerſus iſidias. Eph.vj.
Solliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis. Eph.
iiij. Illos vo q̃ his cautelis ad pacẽ mutuã venit̃ cõpre
hẽdit btũs Grego.i mora.dicẽs. Inde nob pax robu
ſtior orit̃ vñ nob ab aduerſarijs pugna durior generat̃. 31
¶ Non vtentiũ vo iſto maiꝰ eſt periculũ: q̃nto maio

res sunt q̄ inter se discordāt: siue sit in vno regno: siue
in vna ciuitate: siue in domo: ꝛ maxie qn̄ ipsi inť se dis
scordāt q̄ regnū vel ciuitatē vel domū regere deberēt:
q2 tūc nō ipsis tm̄ mors iminet ꝛ ruina: sicut corpi ex
mal' humoribꝫ: ꝫ etiā oībꝫ mēbris ꝛ oībꝫ subiectis: sicut
pꝫ.ij. Regū.xvij. vbi duobꝫ ɔsiliarijs Absolon. Cu
sai: vicꝫ ꝛ Achitofel inť se discordātibꝫ: toti⁹ exercit⁹ ses
q̄bať ruina. Sic nūc qꝫ fm̄ Criso. sup illud Math.ij.
Herodes rex turbat⁹ est: ꝛ oīs Hierosolyma cū illo.
Quēadmodū in q̄t certātibꝫ vētis mare ɔcutiť: sic regi
bus sibi aduersantibꝫ ppl's regni vexať. Ergo ɔsiliū pa
cis erit inť illos: Zach.vj. Et sicut dič Prouer.xij. qui
pacis ineūt ɔsilia sequiť eos gaudiū. Nota de ista ma
teria. C.iiij.25. vsqꝫ ad finē: ꝛ. C.9. p totū: ꝛ. D.viij. p
totū. Hec locut⁹ sum vob: vt in illo pacē habeatis qui
dič. Joan.xvj. Hec locut⁹ sum vob vt in me pacē ha
beatis solūmodo.

Ar.x. ¶ Ad cognoscēdū vo si hāc habeam⁹ pacē. Prio exē
32 plo vtamur Anselmi. Sicē nāqꝫ reflexio ad parietē ra
dij sol' lucētis in aquā stāte in vase aliq̄ latē: oñdit vtrū
aq̄ in vase stet i pace: illa reflexio in pariete pacifica cer
nit: ꝛ si trēsit in motu: scit q aq̄ sit in motu. Sic radij
a corde exeūtes in v̄bo ꝛ ope ꝛ alijs signis ostēdūt cor
pacificū ꝛ nō pacificū: q2 sič fum⁹ est signū ignis: ita il
la q̄ exteri⁹ patēt ostēdūt vbi sunt cogitatiōes pacis ꝛ
nō afflictiōis: q2 vbi vera est pax interi⁹: illa exteriora
sūt pacifica: ꝛ ad malū nō mouenť: q2 sič dič dñs Esa.
liiij. Fed⁹ pacis mee nō mouebiť. ¶ Scd̄o cū pacifici di
canť ꝛ sunt filij dei: sič pꝫ Math.v. Eadē euidētia est
vtēdū ad sciēdū q̄s sit pacific⁹ q̄ vtiť q̄s ad sciēdū q̄s
sit fili⁹ dei: de q̄ experimeto dictū est. F.v.arti.ij. Sicē ḡ
filij boni aliq̄lis hi euidētia: ex h̄ q a pre ɔcussus nō re
ɔcutit: ita pacific⁹ in h̄ oñdiť: q dō ordinante vł ɔmit
tēte: tribulatōibꝫ ꝛ aduersitatibꝫ ɔcutiť. Et m̄ oēꝫ exte
ri⁹ oñdit pacē sapiētis obtēperās doctrie: q̄ dr Prouer.
iij. Disciplinā dñi: fili mi ne abijcias: neqꝫ deficias cū
ab eo corriperis: quē eīm diligit de⁹: corripit: ꝛ q̄si i filio
cōplacet sibi. Ergo sič dr Eccl'.xlj. Disciplinā in pace
ɔseruate ꝓpē causas tactas. C.xvj.29. cū sequentibꝫ.

Ar.xi. ¶ Et ꝓpē timorē ꝛ amorē illi⁹: de q̄ i ps̄.lxxxiiij. loqueť
33 pacē in plebē suā. Pro q̄ est aduertēdū: q est de deo in
h̄ casu ꝛ plebe sua: sicut est de pře nobili ꝛ filijs suis ad
scholas positis: q2 sič nō sufficit tali při nobili q filij sui
mgr̄m habeāt cōem in schol' legētē. sič ceteri q̄ scholas
adeūt: ꝫ mgr̄m ei⁹ deputat spāle q̄ eos spālit in his q̄
discēda sunt vel faciēda iformet. Ita nō suffič při nr̄o
deo: vel pape: vel epō: q̄ se de pace itromittit refor: mā
da ꝓpē diligētē quā de subditis suis hñt curā q pacis in
formatores habeāt gñales scꝫ ꝓphetas: pꝛiarchas: ꝛ ali
os pacis p̄dicatores: ꝫ ipsemet tāq̄ pedagog⁹ special' ad
pauꝑes suos ꝓ pacis reformatiōe ꝛ ɔtinuatiōe venire
dignať: vel ad hoc spālit legatū mittit: q̄ loqueť pacē i
plebē suā: tria oñdēs: indiciū amoris intēsi: loqueť: be
neficiū valoris ipēsi: pacē: fastigiū honoris imēsi: i ple
bē suā. Magn⁹ nāqꝫ honor est: q sic vult se hic ad ple
bē suā. ¶ Primū ḡ est indiciū amoris intēsi: q2 nō loq̄
tur dure nec rigide ad terrorē: nec ad vni⁹ vł alterius
ꝑtis deceptionē: ꝫ in voce gratiosa: ad magnā virius
qꝫ ꝑtis vtilitatē: formā i hoc sequēs christi: q̄ dič Jos.
vj. Verba q̄ ego locut⁹ sum vobis: spūs ꝛ vita sunt.
¶ Secūdo oñdit beneficiū valoris ipēsi. i. pacē nō fictā
vel falsam: sed verā ꝛ vtilē: non sicut aliq̄ q̄ pacē q̄rūt
vtilē ꝓ vna ꝑte tm̄: nimis vni ꝑti adherētes: q̄ ido ve
rā ꝛ stabilē pacē facere nō pñt: q2 sicut in edificio mate
riali si lapis angularis deberet duos parietes copula
re: vni parti nimis adhereat: ꝛ alterum deserat: nō erit
opus firmū vel stabile. Ita ꝛč. sed sicut christ⁹ q̄ stetit
in medio discipuloꝝ ꝛ dixit. Pax vob. Jos.xx. ¶ Nō 34
plus ad vnā q̄ȝ ad aliā inclinās partē: ꝫ in medio stās
ꝛ cooꝑans: vt sicut dr in ps̄.cxxj. Fiat pax i virtute ꝛč.
¶ Ad cui⁹ auctoritatis intellectū est aduertēdū: q q̄dā
silitudo est inter morbos corꝑales ꝛ spūales q̄ȝtum ad
tres ɔditiōes. Prio: q2 sicut aliqūe sunt ifirmitates cor
porales q̄ nec v̄tute nature nec arte medici sanari pñt
ꝛ de sic infirmatis non est spes vite. Ita aliqūe sunt in
firmitates ꝛ cecitates spūales: vtꝫ: discordie ꝛ hmōi q̄
bus hoies insāti infirmanť ꝛ excecanť q nec ꝓpriam
rōem seq̄: nec alienā audire volūt. De quoꝝ vita spūa
li q̄ in pace ɔsistit desperať: q2 nec virtute ꝓpria: nec ar
te curari volūt aliena. ¶ Secūdo: q2 sicut alie sunt in
firmitates que licet virtute ꝓprie cōplexionis forte sa
nari nequeāt: ꝓpter grauē infirmitatis ɔditionē: adiu
torio tm̄ phisici vel cirurgici sanitatē recipiūt optatam.
Sic aliq̄ qui licet ꝓpē cordis sup̄biā ꝛ grossiciē discor
die ꝛ iniurie nō sanent infirmitatē ꝓpria ducti volūta
te: p alios tm̄ mediatores illā recipe sūt parati: ꝛ de illi
est spes sanitatis. ¶ Tertio: q2 sicut aliqūe sunt infirmi
tates corꝑales: q̄ ex nature: fortitudine ꝛ bone comple
xionis virtute sine alia exteriori sananť medicina. Sic
licet discordia oriať inter hoies rōnis ꝛ bone volūtatis:
ꝓpria rōne se vincētes de corde rancorē remittūt ꝛ paci
ficanť. Prima ɔditio est reproboꝝ. Secūda infirmoꝝ.
Tertia ꝑfectoꝝ: ad quā ps̄.cxxj. quēlibet hortať dicēs.
Fiat pax in virtute tua. ¶ In qua auctoritate vnū p̄re 35
cipit ꝛ aliud docet seu ostēdit. Precipit nanqꝫ amicitie
fracte reparationem: ostēdit societatis adepte ɔtinuatio
nē: primū p̄cipiēdo dicit. Fiat pax secundū ostendēdo:
quō vicꝫ illud p̄ceptū impleri ꝛ ɔtinuari poterit: adiū
git in virtute tua. Vt primū impleať: est primo ab oi
bus multū desiderandū. Et secundū a deo diligenť pe
tendū. ¶ Primū pꝫ: q2 oēs vt cōiter appetūt felicē ꝛ de
lectabilē vitā q̄ sine pace hñ nō pōt: q2 si quis habeat
oēs diuitias mūdi sine pace: illas secure nō possidet: ꝫ
semꝑ cū amissionis timore. Si iterū haberet oēs delici
as mūdi in esculētis ꝛ poculētis ꝛ hmōi parū ꝓderūt
dū cordis habet tediū ꝛ inq̄etudinē ꝛ timores q̄ ex dis
scordiarū ꝛ pugnarū ꝛ belloꝝ veneno eueniūt. Si ite
rum multos habeat honores dum tamen illis nō ho
norať: sed contēniť quibꝫ nocuit: plus de istis dolet: q̄ȝ
de honorantibꝫ gaudeat. Si ergo ista multū optāť:
maxime optari deberet pax: sine q̄ ista parū valere vi
denť. Jdeo congrue dicit Hester.xiij. Cunctis morta
libꝫ optata pace ꝑfruerer. ¶ Secundū patet: q2 cum in
omi angulo: in oīni patria inť magnos diuites ꝛ pau
peres tot sint discordie tātaqꝫ supbia ex qua accidit: q
quilibet erubescit pacē querere: ne ab alio inferior: vel
aliū timere videať: nō videť quō pax fieri poterit: sine
dei specialis ꝓuidētia ꝛ adiutorio. Juxta illud.ij. Ma
chab.iiij. sine regali ꝓuidētia est impossibile pacē rebꝫ
dari: ḡ est a deo multū petendū. ¶ Vt secūdo ista pax
ꝑseueranter cōtinuetur patet: q necessaria est inter ho 36
mines virtuosa vita: quia vbi est falsitas: dolus: ꝓdi
tio: superbia: ꝛ hmōi vicia pax nunq̄ȝ erit vera nec sta
bilis: quia talis pax est latronū: homicidarū: adultero
rū: ꝛ alioꝝ malefactorū: qui ad temp⁹ concorditer vi
uunt: sed post quilibet aliū de malo accusať: ꝛ vnus de
malo ɔuictus alium appellat. Jdeo Ezechias rex con
grue veritatem ꝛ pacem copulauit: dicēs. Sit tm̄ pax
ꝛ veritas in diebus meis.iiij. Regum.xx. His de pa
ce dicens. Nunc dimittis seruū tuum domine: fm̄ ver
bum tuum in pace. Luce.ij. Et recipe in pace spiritum
meum. Thob.iij.

P.v. PEccatū est duplex:quod-
dam mortale:quoddā veniale. Circa q̄ septez
sunt facienda. ¶ Primo nāqȝ ostendit̄ peccati morta-
lis diuisio. Secūdo quō palliat̄. Tertio: que dāna in-
fert bonis p̄cedentibus. Quarto: que dāna infert bo-
nis p̄sentibꝰ. Quinto: que dāna infert bonis futuris.
Sexto: contra oīa p̄dicta mala ostendunt̄ remedia.
Septimo:peccati venialis ostendetur similitudo con-
ditio et periculum.
Arti.j. ¶ Circa ad primū: peccatū mortale sic dictū a mor-
tis effectu quem inducit:est duplex. Unum originale.
1 Aliud actuale. Originale est priuatio originalis iusti-
cie:que a primis parentibꝰ transijt ad posteros. Sicut
terra obligata trāsit ad heredes cum oneribꝰ ꝛ seruitu-
tibus ꝛ debitis suis:sicut patz ꝑ legē.ff.de ꝯditione fur-
tiua.l.si ꝓ fure.§.cōditio.ꝛ.in.ff.veteri.li.xiij. Et ꝑ de-
cretū sumptū ex verbis beati Grego.xvj.q.vj.si epm.
Et ꝑ decretalē.l.v.de vsuris.c.tua nos. Nec tm̄ one-
rant̄ de his debitis q̄ cōtraxit rōne negociorū gestoꝝ:
sed etiam de onere cōtracto in operibꝰ illicitis: vtpura
furto et rapina : ita ꝙ obligant̄ ex patris maleficio: in
parte q̄ ad eos ꝑuenit: si lis nō fuerit ꝯtestata viuente
patre. Si vo fuerit cōtestata ipso viuente: obligant̄ in
toto:q2 in hoc casu eodē onere ligant̄ sm leges q̄ pater
illoꝝ obligabat̄:sicut patz.C.li.iiij.ti. vt ex delicto de-
functoꝝ heredes cōueniant̄.l.j.sb eo q̄ sequit̄ tenore.
Post litis ꝯtestationē eo qui vim fecerit vel ꝑcussionē:
licita exercentes maledictio. ¶ Circa ad primã partẽ
ꝙ omnis sortilegij ars et species sit a diabolo inuenta:
patet primo auctoritate Aug. de ciui. dei; et habetur
xxvj. q. ij. qui sine saluatore. Hec inquit vanitas ma
gicarũ artiũ et traditiõe malorũ angelorũ in toto ter
rarũ orbe plurimis seculis inualuit; per quandã scien
tiam futurorũ et inferorũ et ꝑ inuẽtiones eorũ inuẽta
sunt aruspicia: augurationes et ipsa que dicunt᷑ oracu
la et necromãtia. Sed de hoc vltimo verbo maius du
bium videt᷑: quia in necromantia vident᷑ fieri chara
cteres et alia signa: que per demones vident᷑ artari ad
cõparendum et ad respõdendũ ad interrogata: qui et
aliter nõ vident᷑ velle vera dicere; nisi ad hoc artarent᷑
dictis vel factis incantatorũ et cõiuratorũ: postq̃ etiã
eis cõparuerint quasi inferioribus ⁊ ad faciendũ im
perium illorũ obligant᷑. Sed non videt᷑ verisimile: ꝙ
demones artẽ inuenissent: vel hominib9 tradidissent
ꝑ quã homines qui eis inferiores sunt natura eis im
perassent: quia nõ videt᷑ stare cum superbia eorum ꝙ
velint subesse vbi possunt pesse. Cui argumẽto respõ
detur per Aug. de ciui. dei. li. x. c. xj. Quicquid inquit
demones faciũt verbis: signis: ptractionib9: aspecti
bus et hmõi: totũ ad ludificationẽ faciunt hominũ.
Ex quo patet ꝙ sicut artem illam ad hominũ inuene
rũt deceptionẽ vt homagiũ ab eis haberent et seruitu
tem ad multorũ perditionẽ. Ita fingunt se per artem
illam astringi vbi nõ astringunt᷑: vt maius habeant
homagiũ et diligentiorẽ seruitutẽ: et plures supplica
tiones et inuocationes et oblationes specialiores: q̃les
eis dãt qñ nõ statim veniũt. sicut patet. iij. Reg. xviij.
vbi sacerdotes Baal quãdo Baal non statim affuit:
inciderũt se lanceolis vt sanguine ꝑfunderent᷑ q̇a de
mones sm magistrũ in historia scholastica super locũ
illum: multũ oblectant᷑ oblatione sanguinis humani.
Non enĩ artari possunt per virtutẽ vel potẽtiã hoim
naturalẽ: cũ sint natura hominib9 superiores: nec per
virtutẽ sanctitatis vel miraculi. Sicut christus et alij
sancti legunt᷑ eos artasse: quia coniuratores et necro
mantici sancti non sunt: nec miracula facere possunt.
Nisi forte dicere velis ꝙ artant᷑ ꝑ inuocationẽ nois
dei. Sed hoc stare nõ potest ꝓpter duo. Primo q̇a con
iurati ꝑ nomẽ dei a malis eis non obediũt: sicut patet
Act. xix. vbi quidam exorciste legunt᷑ demonẽ adiu
rasse per Jesum quẽ Paulus p̃dicabat: ꝙ exiret de ho
mine obsesso: quibus respõdit: Jesum noui: et Paulũ
scio: vos autẽ qui estis? et insiliens in eos verberauit
eos egregie: et incussus est timor omnib9 exorcistis: vt
nõ auderẽt ampli9 demones in hũc modũ adiurare.
Secũdo quia hoc dato adhuc prior staret dubitatio;
quare videlicet voluerunt in arte illa tradere: quõ per
inuocationẽ nominis dei artarent᷑. Relinquit᷑ ergo ꝙ
2 artari fingunt se vt plus decipiant. ¶ Ex quo rationa
biliter sequit᷑ talis artis ꝓhibitio in diuersis sacre scri
pture locis. Primo Leuit. xix. Non augurabimini
neq; obseruabitis somnia. Et iterũ eodẽ li. c. xx. Ania
q̇ declinauerit ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit
cum eis: ponã faciẽ meam cõtra eam: ⁊ interficiã eam
de medio populi mei. Item aplus Gal. iiij. quibusdã
talia obseruantibus scripsit dicẽs. Dies obseruatis et
menses et tpa et annos; timeo ne sine causa laboraue
rim in vobis. Item dñs ait discipulis Act. j. Nõ est
vestrũ nosce tpa vel momẽta: que pater posuit in sua
potestate. In iure vo canonico talis ars est prohibita
in multis locis: et specialiter. xxvj. q. per totũ: vbi etiã
q. vij. non obseruetis: adducit᷑ Aug. dicens. Non ob
seruetis dies qui dicunt᷑ egyptiaci: aut kalendas Ja
nuarij: in quibus cantilene quedã et comessationes et
in quibus ad inuicẽ dona donant᷑ quasi in principio
anni boni fati augurio: aut aliquos menses aut tem
pora aut dies aut annos aut lune mẽsis solisq; cursuꝫ:
quia q̇ has obseruat aut consentit obseruãtib9: magis
ad suam damnationẽ tẽdit. Dies egyptiacos qui ad
huc intitulant᷑ in quibusdã kalendarijs: quos obser
uant nolẽtes sibi minuere: sm glo. sunt: quos egyptij
inuenerũt vt qui aliquod opus tali die inchoaret: ma
lum exitũ haberet: quos christiani male obseruãt. Pre
dicta etiam sunt cõtra illos qui vxores ducere nolunt
nisi crescere luna. In lege vo ciuili tales artes ꝓhibite
sunt. C. li. ix. ti. de male. et necroma. per totũ: vbi tales
malefici vocantur. Ex quo patet ꝙ artes illorũ ꝑ cõsi
lium malorũ angelorũ sunt inuente. Ex quib9 duob9
tanq̃ ex duob9 p̃missis sequit᷑ conclusio. Omniũ illis
vtentib9 vel cõsentientib9 dei maledictio cum illo luci
fero cuius et medici sunt. Nam habet anima medicos
viros videlicet spũales. Et natura suos. Et diabolus
suos habet medicos et ꝓphetas a quo salariũ accipiũt
quia ⁊ cũ illo et primis parentib9 voluit diuinitatis eis
iura attribuere. Nãq; sanitatẽ et futura prescire solius
dei est ⁊ cui ipse voluerit reuelare. xxvj. q. v. c. primo.
Et Esaie. xlj. Priora et nouissima annunciate mihi: et
dicam ꝙ dij estis. Qz etiã cõferre sanitatẽ ꝓpter natu
ralem vsum ad sanctos dei ꝑtineat. patet Mar. vlti.
vbi de sanctis tñ loquẽs: dicit. Super egros manus
imponent et bene habebunt ⁊c̃.
¶ In quo error cõuincit᷑ carminatricũ: que nec sunt Arti. ij.
fideles nec sancte nec mũde: nec ꝓpter deum sed ꝓpter 3
tpale lucrũ: sup egros manus imponũt. Circa quorũ
dicta et facta et doctrinã est diligẽter cõsiderandũ sm
sanctũ Tho. in summa. q. xcv. arti. ij. Vtrũ videant᷑
naturaliter posse effect9 causare: et si sic nõ erit illicitũ.
Si aũt naturaliter nõ videant᷑ posse tales effect9 cau
sare: cõsequẽs est ꝙ ꝑtineãt ad quedã pacta cũ demo
nib9 inita: vt patet ꝑ Aug. xxj. de ciui. dei. Errãt ergo
tripliciter in dicto: q̇a mẽdaciter dicũt se posse talia fa
cere. i. sanare: vel res perditas inuenire et sine pctõ: vt
alios eis credẽtes decipiãt: et miserũ victũ lucrent᷑ per
mẽdacia: qđ ꝑ hoc faciliter ꝑpendi põt: ꝙ tali talia di
cũt et faciũt intẽtiõe: q̇a apud aliquos visum est: ꝙ no
lunt aliq̇d facere vel dicere: nisi aliqua certa eis portẽt
sicut panẽ farinã sal ⁊ hmõi vel pecuniã. Oẽs etiã illa
arte vtẽtes vt cõiter sunt indigẽtes: ex quo p̃sumit᷑ ꝙ
artẽ illã exercẽt ꝓpt lucrũ acceptũ vel speratũ. De istis
ḡ specialr dictũ videt᷑ illud Michee. iij. Prophete ei9
in pecunia diuinabãt: et super dñm non requiescebãt.
Secũdo errãt in facto carminationis: quã nõ faciunt
cũ herba medicinali: sicut medici corporũ: nec cũ sym
bolo et oratiõe dñica vel euangelio Matth. sicut Bar
nabas. Et si orationẽ dñicam dicũt: nõ tñ in ore illorũ
sanat ꝓpter duo. Primo q̇a aliqua noĩa ignota ⁊ etiã
dicta falsa admiscẽt: sicut patebit infra. c. c. arti. vij. vbi
aget᷑ de illoꝝ respõsionib9. Secũdo q̇a illud qđ faciũt
est cõtra ꝓhibitionẽ legis diuine: canonice et ciuilis:
sicut ostẽsum est arti. j. Et cõtra doctrinã tot9 ecclesie.
Ergo si bonũ esset qđ faciũt: cessare tñ deberẽt propter

tot ꝓhibitiones: et ne factū illorū ab alijs in exemplum
vertat̃ perniciosum. Tertio errāt in doctrina. Uel qꝛ
docēt ibi inueniēdas vbi inueniri nō possunt: et a ta-
libus asportatas q̃ illas nūq̃ꝫ asportauerūt: et sic illos
diffamāt: et odiū inter illos faciūt. Uel quia docēt ali-
quas res vel ignotas lr̃as circa collū vel in bursa por-
tari vel in capellis vel in vestibꝫ ligari vel consui: vel
forte res notas et alias obseruationes de eundo ad cer-
tū locū: vel circa certū locū tot vicibꝫ: vel ad dandum
tm̄ vel faciendū aliqḋ tale: p qḋ rem perditā vł amorē
vel sanitatē recuperabit vel cōtinuabit vel ꝓpositum
suū in omnibꝫ obtinebit: vel de dicēdo aliqua: cū certū
sit q̄ oia talia dicta vel facta naturalē efficaciā nō ha-
beāt talem effectū ꝓducendi: manifestū est q̄ oia talia
dicta facta et docta sunt supstitiosa et illicita ⁊ alīq̃ꝫ ido-
latria et infidelitas ab omnibꝫ spernēda: cū his q̄ im-
molabant hostias suas demonijs Leuit. xvij.

Arti.iij 4 ¶ A quo errore et deceptiōe. Primo nō sunt imunes:
qui aliqua scripta circa collū portāt: in quibꝫ sunt aliq̄
characteres vel noia ignota inscripta: quasi essent ma-
gna dei noia vel angelorū. Quia sicut dicit Chrysost.
Multi cōfingūt aliqua noia hebraica angelorū: ⁊ scri-
būt et alligāt: que nō intelligētibꝫ metuenda videntur
et etiā cauēda sunt: ne aliquid falsitatis cōnectāt. Cru-
cem ḋo ⁊ verba euāgelij sine aliquo fermēto admixto
portare licet: ita tamē q̄ nō credat̃: q̄ diuina verba vł
crux minorē habeāt efficaciā: si verba alio tpe scribant̃
q̄ꝫ dū euangeliū in ecclesia legit̃: vel q̄ crux minus ha-
beat efficacie: nisi fiat dū passio legit̃. Illa nāq̃ꝫ p̄dicta
noia que credūt vł dicūt esse dei vel angelorū dū igno-
rant que sunt noia: possunt esse demoniorū. Si ḡ noia
sunt diaboli: nullū inde portans bonū consequet̃ effe-
ctū nisi peccatū: quia illa ꝯtra ꝓhibitionē portat eccle-
sie. Nec characteres illi ignoti: in quibꝫ habet̃ species
tri modo ꝯtrahendi vel etiā imagines quas astrono-
micas vocant: aliquem effectū ex se ꝓducere possunt:
et si aliquē ꝓducunt: erit ꝓpter causas tangēdas infra
e.c. arti. vj. In illis nāq̃ꝫ tacita habent̃ pacta cū demo-
nibus: fm̄ sanctū Tho. in sum. q. xcv. arti. ij. Secūdo
qualiter decipiant̃ augures: qui in sternutationibꝰ vel
Exẽ vocibus diuinant auium: ostendit̃ p exēplū fatue mu-
lieris: de qua fert̃: q̄ ad mortē infirmata: nullo modo
confiteri vel sacramēta recipere voluit ecclesiastica di-
cens se adhuc p quinq̃ꝫ annos supuicturā: qꝛ audiuit
Cuculus cuculū quinquies sibi ad questionē de vita respōdētē:
credens per hoc sibi de vita adhuc quinq̃ꝫ annos sup-
esse: et sic decepta: mortua fuit: credens per auis gar-
ritū scire qḋ deus noluit ꝓphete reuelare dicēti. Et nu-
merū dierū meorū quis est: vt sciam quid desit mihi.
5 Tertio qualiter ab ista deceptione nō sunt imunes: q̄
in obuiatiōibꝫ vel strenarū dationibꝫ: quas vēditores
cōsiderāt qui primo mane nihil mutuare volūt: ante-
q̄ꝫ aliquid vēdiderint vel strenam acceperint: credunt
q̄ sic meliꝰ lucrabunt̃. Sed ex mala illorū credulitate
Exẽ damnū: lucrū ḋo nūq̄ꝫ habere possunt. Exemplū ad
hoc habet̃ de quadam muliere se signante vt fertur in
mane cū sacerdoti obuiaret: que respondit interrogāti
causam q̄ hoc fecit: ne aliqḋ infortuniū illa die accide-
ret ei. Cui ille: credis q̄ peius tibi cōtinget: quia mihi
obuiasti: at illa timeo inq̄t. Cui ille: reuera fiet tibi sicẽ
credidisti: nā vnū habebis īfortuniū: qꝛ mihi obuiasti:
et ipsam p scapulas apꝑhēsa ī foueā ꝓiecit lutosam, di-
cēs: fiat tibi sicẽ credidisti Math. viij. Ecce infidelitas
sua tm̄ sibi nocuit: nā si et sine īfidelitate obuiasset nec ei
obuiatio nocuisset. Sic est ī oībꝫ talibꝫ. Nā si oia facta
fecerl'; q̄ īfidelitas dictat tibi: q̄ si ea sic fecerl'; dānū ha-
bebis sine īfidelitate nūq̄ꝫ ꝯtinget īfortuniū: et si nihil
horꝫ feceris, vt ex dimissiōe taliū circūstātiarꝫ lucrū eue-
niat: nunq̄ꝫ inde a deo reportabis emolimentū. Quia
fm̄ Chrysosto. Iusticia dei nescit patrociniū dare cri-
minibus. Nota de ista materia ⁊ quare plus timēt ob-
uiare bonis q̄ malis. I. x. 5. Quarto specialiter etiam
nimis cōsiderantes cōstellationes: in quibꝰ aliqui cō-
cipiunt̃ aliqui nascunt̃: et asserētes q̄ necesse est eos ta-
les esse quales habuerunt cōstellationes decipiuntur:
ostendit Aug. v. de ciui. dei. c. vij. dicens: q̄ nouit ge-
minos conceptos et natos sub eadem constellatione:
quorū vnus fuit masculus alius femina: cum tamen
sexus maxima sit corporū diuersitas. Eadem etiam in-
stantia potest fieri in moribus de Esau et Iacob ⁊c.
Ibidē etiā. c. viij. ostendit idem in alijs rebus tam na-
turalibus q̄ voluntarijs: quia dato q̄ vno die et tem-
pore incipiant aliqui seminare et plātare et vxores du-
cere: q̄ꝫ tñ accidat inter illa diuersitas: videmꝰ et herba-
rū et animaliū et fructuū. Nam sepe contingit q̄ vna
pars frumēti comedit̃ ab auibus: alia cōsumit̃ ab eru-
gine: et q̄ vnus de vxore gaudeat et alius doleat: et tñ
sub vno fato et cōstellatiōe fuerunt grana seminata et
vxores accepte. Falsitatē ḡ oim taliū genearcorū sacre
scripture ondit auctoritas Eccl. xv. Cōstituit inq̄t deꝰ
hoiem ⁊ reliq̄t eū in manu cōsilij sui: adiecit ei mādata
et p̄cepta sua. Si volueris mādata cōseruare cōserua-
bunt te. Apposuit tibi ignē et aquā ad quod volueris
porrige manū. Ex quo patet q̄ libertatē volūtatis et
nō necessitatē cōstellationis opera sequunt̃ meritoria
cum gratia: et demeritoria sine gratia.

¶ Circa ḋo deceptionē q̄ fiet apparitiōe ⁊ diuinatiōe Arti. iiij. 6
somniorꝫ tria sunt dicēda. Primo nāq̃ꝫ ondet̃ intentū
q̄ videlicet ex talibꝫ multi decipiūt̃. Secūdo opponet̃
Et tertio respōdebit̃. Primū ondet̃ tripliciter: exēplis:
euidētijs ⁊ autoritatibꝫ. Quū ad primū: exēplū primo
ad h̄ habet̃ a btō Greg. iiij. dial'. c. l. de quodā quē dia- Exẽ
bolus tali modo decepit. Fecit nāq̃ꝫ q̄ diu acadit sibi:
fm̄ q̄ somnia sua euigilās diuinabat: vt finalr̄ ipm̄ in
diuinatiōe somniorꝫ suorū cōfidentē deciperet: qḋ ⁊ fe-
cit. Nā quadā nocte somniū qḋ viderat interp̄tabat̃
q̄ lōga sibi supesset: p qua magnā pecuniā cupide cō-
gregauit: qua congregata inopinate ⁊ vita et pecunia
priuabat̃. Nup etiā in Italia quidā talis somniator Exẽ
somniabat: q̄ si q̄ndā occideret heremitā: fieret rex Ci-
licie: in q̄ dū cōsideret: sicẽ in alijs somnijs suis et diui-
natiōibꝫ cōfidere solebat: in q̄bꝫ etiā aliq̄n fm̄ diuina-
tionē ḋitatē forte inuenerat vt ī fine deciperet̃. Cū aūt
ipm̄ occidisset captꝰ suspēdebat̃. Demōes eñ videntes
hoies talibꝫ deditos diuinatiōibꝫ illis somniātibꝫ sic il-
ludūt ⁊ somnia illorꝫ ordināt: q̄ aliq̄n ēs eis ꝯtingit fm̄
diuinationē: qḋ etiā demōes ī cordibꝫ illorꝫ ponūt: vt sic
p duas vel tres diuinatiōes q̄s habēt sicẽ crediderūt: fa-
ciat eos ꝑcipe vnā vniuersalē: q̄ videlicet sic habebūt sp̄
⁊ decipiāt̃: et sic dr̄ Deut. xiij. fictor somniorꝫ interficiet̃.
¶ Euidētia magna ad h̄ haberi pōt videlicet q̄ diabo-
lus sic nitat̃ multos decipe ⁊ freq̄nt̄ p̄ualeat p deceptio-
nes q̄s facit vigilātibꝫ. Cū eñ in vigilātibꝫ rō magis
vigeat q̄ꝫ ī dormiētibꝫ: si vigilātes p dubiā ⁊ eq̄uocā lo-
quelā decipe conet̃ et p̄ualeat: qḋ mirū est si idē faciat
dormiētibꝫ: maxie eis dū vigilāt credētibꝫ. Sꝫ vigilā-
tes freq̄nt̄ p dubia oracula ⁊ missa decipit. Sicẽ pꝫ p̄mo
p h̄ qḋ recitat Aug. de ciui. dei: de Pyrrho rege grecorꝫ Exẽ
cōsulēte Apollinem: de bello futuro inter ipm̄ et Ro-
manos. Cui ille. Dico te Pyrrhe Romanos vincere
posse: qui postea in vno bello vincebat̃: et in alio vicit
Et versum pro vtraq̃ꝫ parte construere potuit.

Exm̄ ¶ Secūdo idē ostēdit̄ p historiā ptentā in chronica ro
manoꝝ pontificū: de illo qui diabolo homagiū faciēs
respōsum ab eo habuit: q̄ nunq̄ moreret̄ anteq̄ gra
tis inuraret Hierlm: qui hoc intelligēs de ciuitate: cū
ecclīam quandā in roma sic vocatā intraret: se deceptū
Exm̄ inuenit. ¶ Tertio idē pz p hoc qđ fert̄: q̄ cuidā tali re
spōsum dedit: q̄ nunq̄ moreret̄ anteq̄ induceret̄ in ebi
rotheca: quē postmodū villā quandā q̄ Hanut vocat̄
Exm̄ intrantē occadit. ¶ Quarto idē ostēdit̄ in historia scho
lastica: que pximat librū machabeoꝝ ad euāgeliū: de il
lo decepto q̄ pdixit mortē Antigoni in pirgo stratonis
certo die: qđ cū postea intelligeret non posse ptingere:
q̄ loc⁹ ille multū distabat: eodē tn̄ die in loco alio q̄ sic
vocabat̄ occisus fuit. Si g̃ tot decipit vigilātes: qđ mi
rabile si somnia multos errare fecerūt. Eccl̄.xxxiiij. De
quibꝰ dī Sap̄.viij. Visus somnioꝝ malorū turbaue
rat eos: p illusionē vicz ꝛ deceptionē illi⁹: de quo dicit
beat⁹ Gregori⁹.li.viij.moral̄.sup illo Job.vij. Terre
bit me p somnia ꝛ p visiones horrore cōcutiet me. Se
pe inquit malign⁹ spūs: his quos amore pītis vite vi
gilātes pcipit: pspera etiā dormientibꝰ pmittit. Et q̄s
formidare aduersa pside rat: eis hic duri⁹ somniū ima
ginibꝰ intentat: q̄ten⁹ indiscretā mentē diuersa q̄litate
afficiat: eāq̄ aut spe subleuās aut timore deprimēs cō
fundat. Licet vo sic oēs decipe nitat̄: non tn̄ p̄ualet ni
si in his quos vigilātes decipit. Sicut pz p hoc qđ se
quit̄. Quos aūt vigilātes nō supat: eos dormiētes gra
uius impugnat. Hec aūt supna dispēsatio benigne p
mittit: ne in electorū cordibꝰ ipē saltē a passionis pmio
7 somn⁹ vacet. ¶ Ctū ad secūdā ptē hui⁹ articuli: his
obuiare vident̄ exēpla Pharaōis: ꝛ Joseph: ꝛ pincer
ne ꝛ pncipis pistoꝝ: ꝛ Nabuchodonosoꝝ: ꝛ Danielꝭ: q̄
somnia obseruasse legunt̄: nec de hoc vitupant̄. In q̄
bus insup exemplis ostendit̄: q̄ somnia nō sunt vana:
quia oīa pdicta somnia magnum habuerunt effe
ctum sequentem. Quibus responderi potest per dicta
sancti Thome in sum.q.xcv.arti.vj.q2 pdicta somnia
ex diuina pcesserunt reuelatiōe: sicut ponit exemplum
de Pharaone. Nec ꝓpter hoc sequitur: q̄ fides adhi
benda sit somniis nostris: que vel ex diuina non proce
dunt reuelatione: vel saltem si pcedant hoc ignoram⁹
quia hec habētes Joseph vel Danielem qui interpre
tetur. In quo casu oīa somnia sunt diuine ordinatio
ni derelinquēda: quia si vtilia sint: vtilem effectū signi
ficantē: non min⁹ euenient: q̄ illa in deū pijcis: si ma
la ex tali fide pmereri posses: qꝛ deus sententiam de te
datam anteq̄ executioni demandaret̄ reuocaret: sicut
de Ezechia rege ꝛ de inimicis. Si vo ecōuerso oīno
vis somniis credere: si bona tibi a deo ostendant̄: pote
ris ex mala credulitate sequenti ea impedire: qꝛ credis
ꝯtra phibitionē apl̄i: qui ait. Nolite oīi spūi credere
ꝛ pranto sequimini Manassen malū: de quo dicit̄.ij.
Paral̄.xxxiij.q̄ obseruabat somnia: qđ inter alia mala
eius non numeraret̄: si malum non esset. Si vo mala
sint ꝛ damnosa: deus tibi contingere permitteret: sicut
credis: quia etiam in bonis meritis suis exigētibꝰ: ꝛ fi
de formata pmittit cōtingere sicut credūt. Math.viij.
Sicut credidisti ita fiat tibi. Et iterū Math.ix. Luce
xviij. ꝛ Marci.v. Fides tua te saluam fecit. Et in ma
lis demeritis suis ꝛ infidelitate exigētibꝰ: etiā ꝯtingere
pmittit sicut credunt. Et hoc aliq̄ experiunt̄ qui in iu
uentute dū talibꝰ crediderūt somniis ꝛ diuinationibꝰ
aliqua habuerunt somnia ex quibꝰ sciuerunt: quid eis
in crastinum fuit futurū. Sed postq̄ euacuantes ea q̄
paruuli sunt: de eisdem somniis nihil curauerūt: ꝛ tūc
nullus solitus sequebatur effectus. De somniis ergo
ꝛ quibuscunq̄ aliis oēm sollicitudinē vestrā pijcien
tes in eum.j. Petri.v.
¶ Hac insuper illusione decepti sunt mulieres: atq̄ in Ar.v.
hac parte magis inueniunt̄ culpabiles q̄ viri: que di 8
cunt se rapi a quodam populo ꝛ duci ad loca quedam
pulchra ꝛ ignota: que etiam dicūt se cum eis equitare
per multa terrarum spacia in tempeste noctis silentio: ꝛ
ꝛ loca plurima pertransire: ꝛ qui eis credunt: ꝛ q̄ loca
quecunq̄ clausa exeunt ꝛ intrant ad libitū. Circa quo
rū deceptionis declarationē duo sunt ostendēda. Pri
mo nanq̄ ostēdet̄ p auctoritatē iuris canonici ꝛ doctri
ne ecclīe: q̄ tales illusiones q̄s credunt eis fieri vigilā
tibus fiunt eis dormientibꝰ. Secundo ostenditur: q̄
siue fiat eis vigilantibꝰ siue dormientibꝰ: gl̄iari nō de
bent: quia a spiritu fit maligno. Primū patet ex Decre
to concilij Aequirēsi.xxvj.q v.episcopi: vbi post phi
bitionem cuiuscunq̄ sortilegij post etiā exhortationē
ep̄is ꝛ sacerdotibꝰ factam: q̄ hmōi vitia ī parrochijs
suis p viribus extirpent: subiūgit: dicēs. Illud etiam
nō est omittēdū: q̄ quedā scelerate mulieres retro post
Sathanā cōuerse demonū illusionibꝰ ꝛ fantasmatibꝰ
seducte: frequenter se pfitentur cum diana nocturnis
horis dea paganorū: vel cum Herodiade ꝛ innume
ra multitudine mulierū equitare sup quasdam besti
as: ꝛ multarū terrarum spacia ptransire in tēpeste no
ctis silētio ꝛc. Sed vtinā he sole in pfidia sua perissent
ꝛ non multos secū ad infidelitatis interitū pduxissent
Et parū infra. Si quidē ꝛ ipē sathanas qui transfigu
rat se in angelum lucis: cum mentē cuiuscūq̄ mulierꝭ
ceperit: ꝛ hanc p infidelitatem sibi subiugauerit: illico
trāsformat se in diuersarū psonarū spēs atq̄ similitudi
nes: ꝛ mētem quā captiuā tenet: in somnis deludens:
modo leta: modo tristia: modo cognitas: modo inco
gnitas personas ostendēs: p deuia queq̄ deducit: ꝛ cū
solus spūs hec patit̄: infidelis hō non in aīa sed in cor
pore euenire opinat̄. Et cito post paucꝭ interpositis se
quit̄. Quisq̄s hoc credit infidelis est: ꝛ pagano deterio
or. ¶ Ctum ad secūdā partem huius articuli. Si om 9
nino instare velint: q̄ h̄ eis siue in corpe siue extra eue
niat: necesse habent pcedere q̄ a spiritibꝰ fiāt malignis
ꝓpter duo. Prio qꝛ eis nocent. Secūdo qꝛ eos a nocu
mentis non liberant. Rōne primi est aduertēdū q̄ in
alio seculo null⁹ ꝓple esse credit̄: nisi bon⁹ vel malus:
bonus sicut illi in celo vel in purgatorio: mali sicut de
mones ꝛ dānati. Sed pmi eis nō psūt sic illudere: quia
ipsemet fatent̄: q̄ eas vberāt vel infirmas faciunt inter
dū: qm̄ cū eis loquunt̄ boni aūt post mortē malū nō fa
ciūt: nec dicere possunt q̄ sint aīe dānatoꝝ: qꝛ ille in in
ferno sunt: ꝛ exire non possunt ad libitū. Ergo pcedere
oportet q̄ sint demones: vt illa mala doctrina etiā ali
os in mala fide errare faciāt: ꝛ tam mortuos quos dā
natos asserunt: q̄ etiam viuos quos dānādos pnūci
ant diffamēt: ꝛ vt ab eis quibus loquunt̄ aliqđ secrifi
ciū habeāt. Hoc nāq̄ pfitent̄ q̄ ab eis q̄nq̄ cibos vel
panes petunt tanq̄ indigentes: ꝛ q̄nq̄ eis talia dant:
vt illos etiā ad dandū alliciant. ¶ Secundo illas a no
cumento nō pseruant: sicut patet p exemplū de mulie Exm̄
re que sacerdoti de hmōi ducatu confessa dixit: q̄ nul
la clausura sibi obstare posset: quin statim per auxiliū
ꝛ inuocationem illius populi esset vbi vellet. Tēabo
inq̄t sacerdos: ꝛ oīa firmans: ꝛ baculū in manu acci
piens: ꝛ ipsam egregie verberare incipiēs pcepit q̄ exi
tum quereret. Quem cum inuenire nō posset: fatere ne
cesse fuit: q̄ tam illorū auxiliū: q̄ ars in necessitate sibi
deficit. Ex predictis ergo patet q̄ necesse est fateri q̄ in
malo statu ꝛ a demone aliquo modo possessi sunt: vel

ꝓpter defectū baptiſmi vel ꝯfirmatiōis vel bone vite.
Ar.vj. ¶ Sed ſi ita ⁊ mirabile videtur: quare effectus diuina
10 tionis ⁊ incantatiōis aliqñ veraciter euenire videtur?
Circa quē articulū duo ſunt dicēda. Primo oſtēditur
quātū diabolꝰ decipiat ⁊ q̄re? Secūdo q̄nn̄ deꝰ pmit
tat ⁊ q̄re? Quātū ad pmū: diabolꝰ tm̄ decipit ſm Augu.
li.x. de ciui.dei.c.viij. quātū deꝰ pmittit ⁊ nō plꝰ. Si
Exm̄ cut pꝫ primo p exēplū de geſtis beati Grego. de q̄ fert
q̄ cū vellet quendā potentē de roma luxurioſum caſti
gare: duo necromātici illꝰ potētis p̄ce ⁊ p̄cio inducti:
ꝯiurauerūt demones ad tantū nocendū beato Grego
rio quātū poſſent. Cui amplꝰ nocere nō potuerūt q̄
eiꝰ equū vexare: cū ſupra pōtē tyberis eq̄taret: vt equꝰ
ipm̄ in flumine p̄cipitaret. Sed ſigno crucis demōes
fugauit: ⁊ equū ſanauit: necromātici vō ceci effecti ro
Exm̄ tā recognouerūt veritatē. ¶ Secūdo idē pꝫ p hoc qđ
ſcribit btūs Gregoriꝰ.ij. dial'. q̄ vicꝫ campanellā beati
Benedicti fregerūt: q̄ libēter plꝰ feciſſent: ſi deꝰ pmiſ
ſiſſet: ſicut oſtēdit idē btūs Gregoriꝰ. li.iij. dial'.c.xviij.
p hoc q̄ nec porcos intrare potuerūt niſi pmiſſi. Cau
ſa vō q̄re diabolꝰ tātū decipe nitit': eſt hoim pditio: ꝓpt
hoc tā multiplicit' hoibꝰ vel in forma hoim mortuorū:
Exm̄ vel in q̄buſdā alijs apparent. Sicut expreſſe pꝫ p hoc
q̄ in vita legit' ſcti Germani: q̄ trāſiēs p Lombardiā
⁊ in domo cuiuſdā hoſpitatus: matrona ſibi narrauit:
quō amici mortui venirent ſemel in ebdomada de no
cte ad comedendū cū eis: q̄s dixit illa nocte venturos.
Sctūs vō rogauit q̄ cū illis loqui poſſet: q̄s ꝯiurauit:
q̄ dicerēt qui eſſent: ⁊ q̄re illuc veniſſent: q̄ dixerunt ſe
eſſe demones: ⁊ q̄ illuc veniſſent ad hoim ludificatio
11 nem q̄ eis cibū q̄ſi homagiū dederūt. ¶ Idē pꝫ p hoc
qđ legit' in vita ſancti Bartholomei de Aſtaroth qui
hoīes quos ꝓpter infidelitatē ledebat dimiſit: vt ipi ſe
ab illo ſanatos crederēt. Quātū vō deꝰ eis nocere pmit
Exm̄ tat pꝫ in Job ⁊ in oībꝰ alijs martyribꝰ ⁊ ſctis: ⁊ patet
quotidie in pſecutiōe bonoꝝ p malos: nā p maliciam
ſuā demones p malos exercuerunt. Sed q̄ ſicut dicit
Augꝰ. de ciui. dei li.xj.c.xxj. Deꝰ nunq̄ pmiſiſſet crea
turā malā: niſi vidiſſet bonū inde venturū: ſicut ex de
monibꝰ in hoim exercitationem. Et ſicut dicit ibidē.c.
xxij. Vermes ⁊ creature viles ſunt ad decorē vniuer
ſi: ſicut color niger in imagine: nō q̄ ſit pulcherrimꝰ in
ſe: ſed q̄ facit alios pulchriores. Videndū eſt q̄re deus
etiā p̄dictas pmittat illuſiones. Augꝰ. vō vult: q̄ deꝰ
hoc pmittit vt illi qui talia vidēt ⁊ audiunt ꝓbent' q̄
les ſint in fide. Sicut pꝫ.xxvj.q.v. nec mirū: in fine.
Et ad hoc adducit' illud Deut.xiij. Si inquit ſurrexe
rit in medio tui ꝓphetes: aut qui ſomniū ſe vidiſſe di
cat: ⁊ p̄dixerit ſignū atq̄ portentū ⁊ euenerit qđ locutꝰ
eſt. Et infra. Nō audies vba ꝓphete illꝰ aut ſomnia
toris: quia tentat vos dñs deꝰ veſter: vt palā ſciat vtrū
diligatis in toto corde an nō. Ecce q̄ aꝑte reprobat di
cta tam facientiū q̄ credentiū quo dicūt: q̄ p̄dixit eue
nit: inueni veritatē in verbis ſuis: nā rem inueni pdi
tam: vel ſanitatē mei vel pueroꝝ vel animaliū meorū
recupaui: quare ğ eſt peccatū hoc credere vel facere: vel
quō in ſpū malo veritatē diceret: ⁊ quare eſt peccatum
ſomnijs credere: nā inueni ſomnia eſſe veriſſima: peſſi
me arguit: q̄ ſicut ex p̄dicta pꝫ auctoritate: q̄ ipi ad
deceptionē facere intendūt: aliq̄n vicꝫ verū dicere: ⁊ ef
fectū optatū inducere: quia niſi aliq̄n hoc facerent: nul
lus eis crederet: nec etiā ſomnijs. Deus aliq̄n facere p
mittit: vt ꝓbet ſuos in fide. Aliq̄n vō talia mirabilia
illos facere pmittit ad tps: ſm Augu. de ciui.dei.li.x.
c.viij. vt mirabiliꝰ poſtea vincant. Et ponit exemplū
de magis pharaonis ⁊ deus excellentiꝰ honorificetur

ſeu glorificet'. Sicut etiā patet de Simone mago: q̄ ad
tpa aſcendit' mirabiliter vt eius deſcēſus eſſet mirabi
lior: ⁊ fidei catholice glorioſior. Non ſequit' ğ veritatem
dixit: vel euenit quod p̄dixit: ergo non in ſpū maligno
dixit vel opatur. Sicut pꝫ tam ex p̄dictis rationibus
q̄ etiam p exemplū ſacre ſcripture. Actuū.xvj. de Phi
toniſſa illa a Paulo ſanata: que queſtū preſtabat dñis
ſuis diuinando. Hec nanq̄ mirabilia fecit: ⁊ verū di
xit: quādo clamabat poſt Paulum ⁊ Barnabam: di
cens. Iſti homines ſerui dei excelſi ſunt: qui annunci
ant vobis viam ſalutis: ⁊ tamen non in ſpū bono: ſi
cut patet p hoc quod ſequitur: dolens aūt Paulus: et
ꝯuerſus ſpiritui dixit: p̄cipio tibi in nomine Jeſu chri
ſti exire ab ea: non enī ab illa exiuiſſet ſpūſſanctū.
¶ Sed ad predicta multipliciter ⁊ irrationabiliter re Ar.vij.
ſpondent. Primo nanq̄ dicunt: tam facientes q̄ con 12
ſentientes q̄ ſancta verba dicunt dei ⁊ ſancte Marie:
⁊ aliorum ſanctorū ⁊ orationes multas. Quibꝰ reſpō
detur: q̄ cum verbis illis bonis tanq̄ cum melle felli
ta: verba ⁊ mendoſa adiungūt: tanq̄ qui vult aliū in
toxicare: non enī dat ei venenum purū: ſed mixtū cū
bono cibo vl' potu. Sic in ꝓpoſito: ⁊ hoc patet eoꝝ exa
minanti verba carminatiōis: que quandoq̄ ſunt hec
que ſequūtur. Sancta Maria carminauit filiū ſuum
a morſu alphorum ⁊ a morſu hominū: ⁊ coniunxit os
ad os: ⁊ ſanguinem ad ſanguinē: ⁊ iuncturā ad iūctu
ram: ⁊ ſic puer conualuit. Quis chriſtianus non dice
ret iſta verba mendoſa ⁊ contra fidem eſſe catholicam:
quia nunq̄ talis infidelitas accidit matri dei: quomō
ergo haberēt poteſtatem ſaluandi hominē vel animal
Sed dicent: deus dedit virtutem verbis: verū eſt ver
bis veracibus ⁊ non mendacibus: ⁊ nō verbis cuiuſ
cunq̄ conditionis dedit virtutem ſanatiuā: ſed vbi or
do vel ſanctitas hoc meretur dicētis: quia ſicut in ver
bis ſacramētalibus effectus verborum plus ex virtu
te verborum q̄ ex ſanctitate dependet ꝓferentis. Ita
econuerſo in orationibꝰ ⁊ verbis ſanatiuis ⁊ ad mira
cula pertinentibus: effectus plus dependet ex orantis
ſeu loquentis ſanctitate q̄ ex verborum virtute. Sicut
expreſſe patet de verbis chriſti ⁊ aliorum ſanctorum.
Ipi nanq̄ paucis verbis ⁊ orationibꝰ mortuos ſuſci
tabant: demones eijciebant: ⁊ infirmos quoſq̄ ſana
bant: aliquando imperando: aliquādo deprecando: ſi
cut patet de chriſto dicente. Marci.v. Puella tibi dico
ſurge. Et Petro Actuū.ix. Thabita ſurge: que verba
ſi quis noſtrum diceret: timeo q̄ nihil inde veniret: q̄
habent efficaciam ex ſanctitate loquentis que in ſortile
gis ⁊ carminatricibus non inuenitur. ¶ Si enim ſan 13
ctitate homines ſanarent ⁊ iumēta: vel ſpiritu prophe
tico futura predicerēt: vel ſpiritusſancto furem dicerēt:
ad correctionem: tam viui q̄ mortui eſſent colendi: ſi
cut alij ſancti qui ideo ſancti ab eccleſia habētur: quia
hec fecerunt. Et tunc tota eccleſia erraret que docet: q̄
non ſunt credendi nec colēdi. Amplius ſi ſanctitate ſa
nant: quare dona exquirunt? quare pro amore dei non
ſanant: ſicut Coſmas ⁊ Damianus. Preterea ſi ſancti
tate ſanarent: virtus ſanatiua ſpecialiter cum oſſibus
illorum ⁊ reliquijs remaneret poſt mortem: ſicut ⁊ de
alijs ſanctis communiter legūtur plura miracula per
eoꝝ reliq̄as poſt mortē illoꝝ facta: ⁊ plures ſanaſſe le
gunt' mortui q̄ viui: qđ nunq̄ de ſortilegis legit'. Pre
terea aut ſic ſanāt ⁊ veritatē dicūt ⁊ talia miracula faci
unt in virtute dei ⁊ ſanctoꝝ vborū: aut talia mirabilia
faciūt in virtute ⁊ auxilio diaboli ⁊ verboꝝ ꝓhibitoꝝ
Primū eis ꝯcedere magna eſt p̄ſumptio: hoc vicꝫ q̄
deus eis hoc ꝯtulerit: qđ maximis ſanctis ꝓ magno

munere ꝯtalit: spm̄ vicȝ miraculoꝝ ⁊ ꝓphetie: cū nec in minimo illis scīs sint filēs. Illi nāqȝ scī cū oībꝫ aliis virtutibꝫ ⁊ abstinētijs ⁊ mūda vita etiā hūilitatē talē habuerūt: ꝙ fugierūt loca illa in q̄bꝫ miracula fecerūt ne de laude ꝓpli vanā haberēt gl̄iam. Isti vō vbi maiorē hūt ꝓpli laudē ⁊ lucra: libēti⁹ se ꝯferūt ⁊ morant: quo facto etiā si scī p̄us fuissent: scītatē illā amitterēt quā sub hūilitate nō custodiūt: relinquit ḡ secūdū. Sȝ dicēt: sanitatē ꝯsequunt: sic forte sine ill' fecissent: vel h̄ diabol⁹ facit a nocumēto cessando: vt p̄dictū est de gestis scī Bartholomei. s̄. e. c. 10. Iterū dicūt: aliqñ culpabiles de furto ⁊ hmōi v̄aciter ostēdūt: ⁊ res ꝑditas: qꝺ̄ mirabile est: nā demones q̄bꝫ seruiūt ibi p̄ītes fuerūt: qñ asportabant ⁊ abscōdebant: q̄ aliqñ vex dicūt: aliꝰ nullā scītā haberēt. Hoc nāqȝ ꝑ scītatē: vel virtutē vt p̄dictū est facere nō pñt: ḡ ꝑ diabolū. Sȝ dicūt nō ꝑ diabolū: ꝫ pulchrū ꝓplm: nec a diabolo didicim⁹ talia: nec ei credim⁹: ꝫ pulchro ꝓplo: sicut. s̄. e. c. 9. ostēsū est: ꝙ tales demones sunt. Iterū dicūt faciētes: totum periculū sup vos sit: nos eñ nihil mali dicim⁹. Cōsentiētes vō ⁊ reqrētes dicūt: nos in deū credim⁹: si aliqꝺ̄ ꝑiculū sit: ipi habeāt. Sed ꝯsentiētes ⁊ agētes pari pena puniendi sunt: ⁊ vnusquisqȝ onus suum portabit: ad Gal'. vj.

Ar. viij. 14 ¶ Circa quoꝝ tñ penas ⁊ ꝑicula. P̄rio de penis tractabit sortilegoꝝ. Secūdo de penis credētiū ⁊ p̄bentium auxiliū ꝯsiliū vel fauorē. Tertio ostēdit in q̄ ꝑditiōe ⁊ stultitudine ambo ꝯueniūt. Q̄tum ad p̄mū: pena illoꝝ t̄palis s̄m iura ciuilia. C. li. ix. ti. de male. l. null⁹. ⁊ l. nemo: est capitis amputatio vel ꝯcrematio. Et iuste q̄dē: q: si morte digni sunt q̄ ꝑ patriā ⁊ diuersas villas vadūt corpa occidēdo: ḡ q̄ aīas: essent ita digni cōbustione sic homicide suspendio. Pena vō illoꝝ s̄m iura canonica ꝑꝫ ex v̄bis Augu. de ciuita. dei. xxvj. q. ij. q̄ sine saluatore. Qui in q̄t ea sectant si se nō correxerint: ad eternā ꝑditionē tendūt: in corꝑe vicȝ ⁊ aīa: ⁊ hoc iuste vt ab illo stipendiū recipiāt cui⁹ medici fuerūt. Sortilegoꝝ vō q̄rētiū auxiliū vl' ꝯsiliū. P̄rio magna est infidelitas: q: infideles reputant mr̄es q̄ pueris suis capita dolētibꝫ vel alia infirmitate laborātibꝫ p̄ter pater noster: ⁊ credo in deū: q̄rūt ligaturas sortilegas ⁊ incātatiōes. dis. lxxviij. qm̄ nō. Secūdo magna est stoliditas: q: h̄ in arte faciūt aīe ⁊ fide eccīe: ꝙ in nulla arte fit. Nā in oīm arte credit illi q̄ scit de arte: illa sic ꝑꝫ inducitiue. Sȝ in h̄ casu pl⁹ credūt vni vetule q̄ vix rudimēta scit fidei: vel orōnē dñicā: vel vni trufatori narrāti de gestis fatuis ⁊ mēdacibꝫ q̄ optimo mḡro in theologia q̄ sp studuit quō vera dicere potuit. Et pl⁹ q̄ oībus clericis hui⁹ mūdi: vl' doctrine eccīe. Nā oībꝫ docentibꝫ: de sortileḡ nō est credēdū: ⁊ ꝙ pena eterna est pata pctōribꝫ. Et ꝙ tenēdo dei mādata ꝓsperitatē ꝯsequet optatā: nō credūt. De q̄ ꝓpha ꝯquerit Esa. liij. dicens. Dñe q̄s credidit auditui nr̄o. Vetule vō dicēte ꝯriū: ⁊ ꝙ ꝓ sanitate ⁊ ꝓsperitate qñ vicȝ aīalia moriūtur vel bona elabunt sic vel sic faciet credūt. In q̄ quātū errāt: ⁊ q̄ntū errarēt si antechrist⁹ t̄pe illoꝝ veniret: ostēdūt in fide ⁊ oꝑe p̄cedēti. In mala nāqȝ fide errāt: tā cito credētes: in q̄ ostendūt ꝙ antichristo cito crederent: q̄ maiora eis ostēdet mirabilia. Iterū in oꝑe errāt dādo ꝓ oꝑe ⁊ artificio diaboli dona. Cū eñ ostēsum sit: ꝙ tales in virtute oꝑent demōis: ꝯsequēs est ꝙ isti q̄ eis aliq̄ dant: ꝓ artificio dent diaboli: ⁊ sic aliq̄ mō ei sacrificāt: ⁊ ab eo ꝯsiliū q̄rūt: q: supra dictū est ꝙ sortilegi secreta pacta hūt cū demōibꝫ: ⁊ ab ill' petūt ꝯsilia Cū ḡ isti petāt ab ill' q̄ petūt a diabolo: cōsequēs est vt etiā isti a demonibꝫ petāt ⁊ cōsiliū accipiāt: q: q̄ ꝑaliū facit ꝑ seip̄m facere videt. ¶ Tertio magnū est illoꝝ 15 ꝑiculū corꝑale: sicut ꝑꝫ ꝑ exēplū Saul'. j. Regū. xxxj. Et Ochozie regis. iiij. Regū. j. q̄ infirm⁹ dixit seruis suis. Ite ꝯsulite Beelzebub verū viuere queā de infirmitate mea hac: an nō. Et de⁹ ꝑ Heliā ꝓpham respōdit ei: dicens. Nunq̄d q: non erat de⁹ in isrl': mittis vt ꝯsulet Beelzebub: idcirco de lecto: super quē ascēdisti nō descēdes. In q̄ dat intelligi exēplo ꝙ penas valuit q: aliū q̄ deū verū ꝯsuluit. De Saul etiā scribit. j. Paral'. x. Phitonissam ꝯsuluit nec sperauit in deo: ꝓpt̄ qꝺ̄ ⁊ interfecit eū ⁊ trāstulit regnū suū. Quarto magnū illoꝝ ꝑiculū sp̄ūale ꝑꝫ ꝑ Decretū. xxvj. q. v. si q̄s. vbi dr ꝙ si q̄s ariolos aruspices: incantatores obseruauerit aut philaterijs vsus fuerit: anathema sit. ¶ Q̄tū ad tertiū p̄t̄ hui⁹ articuli ꝯditio cōis est: ꝙ tā sortilegi q̄ eis credētes libenti⁹ credūt ⁊ faciūt q̄ ꝓhibent q̄ q̄ ab eccīa docent. Sic̄s vxori Loth ⁊ vxori cuiusdā alteri⁹: q̄ comedit de pixide in q̄ marit⁹ venenū posuerat: ⁊ p̄cepit ei in speciali: ne de pixide illa comederet. Cuius ꝯtrariū cū faceret mortua fuit ⁊c̄. Exem

S.xij. Spei primo ostēdet emolimentū. Secundo fulcimētum. Tertio motiuum. Quarto impedimentum.

Ar. j. 1 ¶ Q̄tum ad primum: emolimētū eius in duobus cōsistit. Primo in hoc ꝙ oīa lucrat. Secūdo in hoc: ꝙ nihil amittit. Primū ꝑꝫ ꝑ exemplū fisci: q: sicut fiscus ꝑ legem vel ꝯsuetudinem oīa lucrat: ⁊ de mēbroꝝ suorū dāno: sicut de pugna ⁊ v̄beribꝫ ⁊ hmōi violētijs sibi lucrū facit forefactoꝝ ⁊ amerciamētoꝝ ⁊ hmōi: sicut ꝑꝫ. C. li. x. ti. de iure fisci. Et in. ff. no. co. ti. ꝑ to. li. xj. Ita homo ꝑ spem oīa lucrat: etiā de corꝑis ⁊ mēbroꝝ suoꝝ detrimēto: quia qui bene sperat licet corpus atteratur: ⁊ membra oēs passiones patiātur: interior tamen homo: dum propter istas passiōes ⁊ corporis vel membrorum amissionē gaudia sperat eterna: ex omnibus corporis aduersis ⁊ licitis ⁊ virtuosis commodis oīa lucratur: dum oīa sperat. j. Coꝝ. xij. Secundū patet q: lucratoꝝ spes est: qñ ancora oīa sp̄ūalia lucra ꝯ fluct⁹ huius maris tenēs. Sicut ꝑꝫ per Bern̄. Si inq̄t seuiat mūd⁹: si fremat malign⁹: si ip̄a caro aduersus sp̄m ꝯcupiscat: si exurgat aduersus me p̄liū: in te ego sperabo. Hebre. vj. Confugim⁹ ad tenendam ꝓpositam spem quā sicut ancorā habem⁹ aīe tutā quia quasi ancora ꝯtra oēs tentatiōes ⁊ tedia: ⁊ specialiter cōtra tediū desperandi eis tenet ⁊ ꝯfortat. P. v. 14. Nec tm̄ tenet ⁊ ꝯfortat: sed ad deū erigit ⁊ porrigit oīa spiritualia bona: maiora p̄mia ꝓ talibus meritis sperās ⁊ expectans. Vnde beatus Gregori⁹ in moral'. vj. Spes in eternitate animū erigit: idcirco nulla mala que exterius tolerat sentit.

Ar. ij. 2 ¶ Edificium vō spirituale sic ad deum erectum: spes appodiat ne cadat: tanq̄ columna fortis opus superpositum: ⁊ tanq̄ baculus hominem in via lutosa ne spiritualiter cadat vl' infirmetur: iuxta illud psal'. xxv. In domino sperans non infirmabor. Huius aūt columne seu fulcimenti ad deū erecti. Primū fundamētum est bonū opus. Hoc eñ patet primo ratione que dictat: ꝙ ille q̄ seminat metere sperat. Secundo ex spei diffinitione: que est certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gratia ⁊ meritis precedentibus. Ex quibus: patet ꝙ quicūqȝ vult recte sperare: oportet tā dei gratia q̄ oꝑa meritoria excogitare. Nam de aliter sperantibꝫ dr Sapieñ. iij. Vana est spes eorum. Vñ btūs Grego. xxix. moral'. Incassum p̄sumit qui timere deum in oꝑibus renuit. De ista materia vide. D. ij.

15.Et.P.xj.arti.vj.Secundo spes istud opus spūale nutrit ⁊ fouet. Spes que ex tribulatiōe consurgit. Sicut nanq̄ qui sustinet dietam ⁊ sudorem sperat sanitatem. Et qui multa patienter sustinet aduersa ꝓ potenti ⁊ bono dño: magnam sperat mercedē: ex qua spe op⁹ suum dum in edificādo est sustentat. Sic quilibet nostrum opus laboriosum libenter patiatur: dicēs illud Thobie.iij. Hoc sciat ꝓ certo om̄is qui colit te: ⁊ vita eius si in ꝓbatione fuerit coronabit: si in tribulatione fuerit liberabitur. Coronam em̄ ꝓ tribulatione ꝓmittit: sciens ꝙ sicut opus materiale cemento nutrit: ita opus spūale in tribulatione spe coronationis ⁊ mercedis: iuxta illd.ij.Cor.j. Nos patimur vt spes nostra sit firma. Vnde beatus Grego.x.moral. Bonorum mens quo duriora ꝓ veritate tolerat: eo eternitatis p̄mia certius sperat: intantū ꝙ si exurgat aduersus me p̄lium: in hoc ego sperabo ait psal.xxvj. Cuius exemplo sitis in tribulatione spe gaudētes: ad Roma.xij.

3 Hec est em̄ vtilissima doctrina: ꝙ vicz in bona operatione ⁊ tribulatione gaudeamus de spe mercedis: qꝛ s̄m Augu.sup p̄s.xij. Spes commodi furat labores ⁊ metum abscondit ꝑiculi. Et s̄m Chryso.in quadam ep̄la Om̄e opus leue fieri solet: cum eius p̄cium cogitatur: spesq̄ premij solatium est laboris. Et s̄m eundē Chrysosto.sup Math. Si quis viā laboriosam estimat: sue desidie est accusator. Si em̄ minaces pelagi fluct⁹ nautis: si tempestates atq̄ hyemes agricolis: si vulnera tederent militib᷒: si grauissimi ictus plageq̄ pugilib᷒ leues videntur ⁊ tolerabiles sunt: ꝓpter spem tp̄alium commodoꝝ: multomagis cum celū p̄paratur in p̄mio vel ex p̄sentibus asperitatibus debet sentiri eum labores maximos mitiget spes in benignum finem venire: ne ergo aspicias ꝙ via est aspera: ſꝫ quo ducit: neq̄ aliam: quia lata est: sed vbi desinit. Nota de hac materia auctoritatem Bede.B.j.7.⁊.C.vij.6. Et cū in om̄ibus p̄dictis exemplis ⁊ auctoritatib᷒ ostensum sit: ꝙ spes mercedis facit labores ⁊ passiones q̄ sine spe eēnt grauissime leues. Ex omnib᷒ sequitur a contrario sensu ꝙ passiōes inferni atq̄ labores sunt grauissimi: vbi nulla est spes nec finis nec mercedis. Nota ad hoc exemplum. D.j.13. De talibus nanq̄ dicitur Prouer.xxiiij. non habent futurorum spem mali. Et Sap.iij. Si celerius defuncti fuerint non habebūt spem. Nota.T.j.19.

4 ¶ Tertio spes vitam nr̄am ⁊ opus spirituale operum nostroꝝ ꝑficit. Pro quo est aduertēdum ꝙ vita nostra est a deo: ⁊ in deum tendere debet: ad modum circuli: in quo videmus ꝙ nunq̄ ꝑficitur donec linea que incipit a puncto: ad idem punctum reuertatur. Illud em̄ quod lineam illam ad idem punctū reducit circulum ꝑficit: ⁊ figuram facit ꝑfectissimā. Sic de vita nostra que a deo per creationem initium trahit sicut linea a puncto: a quo cū exierit querat perfici vbicūq̄ voluerit: siue in diuitijs siue in delitijs: siue in honoribus: vel scientijs: vel quibuscunq̄ alijs: dicens illud Eccl.xxiiij. In omnib᷒ requiem quesiui: finaliter dicit illud Canti.iij. Quesiui ⁊ non inueni: nisi querat in virtutibus: inter quas fides charitas ⁊ alie omnes vitam nostram quasi lineam circulariter versus deum vertunt: sed spes ipsam ꝑficit: dū in ip̄o tanq̄ in alpha ⁊ o.i.in p̄mo pūcto ⁊ vltimo: vitam nostram finemq̄ operum nostrorum ponit: dicens illud psal.lxj. Spes mea in deo est. Sed heu non crediderunt in deo. Ecce circulus discōtinuatus ⁊ fractus: nec sperauerūt in salutari eius: in.psal.lxxvij. Ecce ꝙ nō est reductus nec perfectus.

Ar.iij. ¶ Motiua vero ad sperandū in deo sunt tria: p̄mo creatoris ptās: secundo bonitas: tertio creature exemplū.

Pro p̄mo est aduertendū: ꝙ sicut in hoiem terrenum duo mouent sꝑare: ⁊ ꝓpter spem mercedis ꝓ illo libenter laborare ⁊ sustinere: potentia vicz ⁊ largitas seu bonitas: quia licet curialis sit: si non sit potēs retribuere: min⁹ mouent in ip̄m sꝑare. Si etiā ecōuerso potens: ſꝫ non curialis: etiam minus ꝓ eo sustinent. Sed si ambo ꝯcurrant spe mercedis: qui mercede indigent: libēter ei obtemꝑant. Cum ḡ vtrūq̄ in deo plenissime muenatur. Primū nanq̄ in ip̄o sit: quia op̄s nomē eius. Exodi.xv. Et dñi est terra ⁊ plenitudo eius: in psal.xxiij. Secundū etiam in ip̄o inuenitur: quia Jacobi.j. scribit. ꝙ dat oib᷒ abūdāter ⁊ non improperat. Hec ḡ duo mouent ponere in dño deo spem meā. Tertio ad idem nos mouet exēplū Socratis de quo recitat Aug⁹. ꝙ potionem veneni quam maligni ei dederunt: vel aliud quod medicamentū immortalitatis esse dixit. Tm̄ em̄ in dō sperauit mō suo: ꝙ ꝓ veritate mori nō timuit ꝓpter spem future immortalitatis. Sicut nec quicūq̄ martyres: de quib᷒ Sap.iij. Spes illorum immortalitate plena est: scientes: quia bonus dominus ⁊ confortans in die tribulatiōis ⁊ sciens sperantes in se Naum p̄mo. Et quia non deserit sperantes in se Judic.xiij. vbi non sperantes deserit. Sicut aperte patuit ꝑ exēplum ꝙ fidedigne dicit contigisse: de quibusdam: qui cum inimicis confligere debebant: om̄es confessi: corpus christi acceperunt: vno excepto qui erat omniū fortissimus ⁊ nominatissim⁹: qui solus alijs improperauit ꝙ timerēt: addens ꝙ ip̄e illa die nullā communionem acciperet: nisi de spatula enis. Alijs vero qui in deo sperabant euadentib᷒: ip̄e solus interijt: vt facti ⁊ effectus diuersitas manifeste ostenderet: qm̄ saluos facit sperantes in se: in p̄s.xv. Et non alios: quoꝝ aliqui in fortitudine: sicut iste p̄dictus. Aliqui vero in multitudine diuitiarū suarum sperauerūt: sicut ille de quo in p̄s.lj. Sperauit in multitudine diuitiarū suarū: de quoꝝ quolibet Sap.iij. Infelix ⁊ vacua spes illi⁹. Exem

¶ Diabol⁹ vero sciens bone spei vtilitatē ⁊ false spei.i.p̄sumptionis falsitatem: multū conatur verā spem impedire ⁊ falsam imprimere. Cuius articuli declaratio ex tribus dependebit ostensionib᷒. Primo ex ostensione qua ostendit intentū: quō diabolus nitit verā spem impedire. Secundo per que media. Tertio quō conat hoies in falsa spe informare. Primum ostendit figura iiij. Regum.iiij. ꝑ creditorē qui voluit a muliere.i.aia christi sp̄osa duos filios.i.spem ⁊ timorē auferre: vt ꝑ ablationē spei caderet in desꝑationē vel ꝑ ablationē timoris caderet in p̄sumptionē. Illa vero neutrū auferre ꝑmisit: ſꝫ clamauit ad Heliseū: ꝑ quē liberabat habēs vasa oleo plena. Sic aia clamet ⁊ neutrū auferre ꝑmittet: sciens qm̄ neq̄ spes sine timore neq̄ timor sine spe valet. Juxta v̄sus illos. Si timor est sine spe: mox desꝑatio ledit. Et nisi spes timeat: statim presumptio dā	nat. Ergo timor sine spe: nec spes valet absq̄ timore. Sic ḡ p istoꝝ filioꝝ ꝯseruatiōe clamet oleo misedie plena liberabit. sicut p3.E.iij.7.⁊.15. Da ḡ elemosynā ⁊ habebis spem in nouissimo. Prouer.xxiij. Ar.iiij. 6

7 ¶ Circa secūdā ptē hui⁹ articuli est aduertēdū: ꝙ diabol⁹ verā spem ꝑ plura ipedit media: q̄ tm̄ media in ḡnali in duo distinguunt in ḡnale ⁊ speciale. Generale nanq̄ spei impedimentū est qōcunq̄ peccatū ꝑ qō q̄s inimic⁹ dei ꝯstitut⁹ est. Quod impedimentū in exēplo p3 de illo: qui inimicitias ꝯ aliquē regem exercuit tp̄alem: vl' ei⁹ mandata grauis transgressus est: ⁊ cum inimico illius regis amicitias hꝫ: quō posset talis in dño suo: ⁊ sp̄aliter qm̄ inimic⁹ ad eū trahit spem hīc: immo totaliter de-

sperat. Sic in pposito de illo: qui deū quociēs peccādo of-
fendit: et diabolo vel mūdo amicitia copulat: de quo in
canonica Jacobi. c. iiij. Quicunq; voluerit esse amic⁹
huius seculi: inimic⁹ dei constituit: quō a deo aliqd spera-
re poterit: et specialiter in morte: qn nolens corā illo tā-
q̄ corā iudice rapiet: nisi ei prius reconciliat⁹ fuerit. De
talibus em̄ dr Sap. ij. Nec mercedē sperauerūt iusticie
8 Nolite ergo sperare in iniq̄tate: in ps. lxj. Impedimētorū
vo specialiū. Primū est terrenarū voluptatū abūdan-
tia in diuitijs delitijs et honoribus. Qd pulchre ostensū
fuit. Numeri. xxxij. vbi legit q ppls cui pmiserat deus
terrā pmissiōis. s. rubenite et gadite et dimidia tribus ma-
nasses: hūtes pecora multa: terrā pmissiōis inhabitare
renuerunt. Sic in pposito de illis q hic pecora. i. corpa
pascere appetūt. De qbus beat⁹ Grego. moral. viij. sup
illud Job. vij. Cōsumpti sunt absq; vlla spe. Repro-
borū inqt mētes erga dies vite pñtis tāto cōstringunt
amore: vt sic sp appetāt viuere: qten⁹ si valeāt viuendi
cursum nūq̄ desiderēt finire: cogitare q ppe vētura de-
spiciūt hēc nulla nisi q pterunt ɔcupiscunt: spem totā
in rebus transeuntibus ponūt. Ideo apls discipulū suum
ammonet: dicēs. Diuitibus hui⁹ seculi pcipe non spare
9 in incerto diuitiarū. j. Thimoth. vj. Secundū est diffi
dētia resistēdi temptationibus: qd ostēdit Numeri. xiij. vbi
legit q Israelite licet terrā pmissionis desiderarēt: au-
dito tñ q stirpem Enach: cui nō credebāt se posse resi-
stere: obuiā haberēt terrā intrare sperabāt. Sic in ppo
sito de illis: de quibus dr Ephe. iiij. Desperātes semetipos
tradiderūt impudicitie in opa immūdicie. De talibus
Aug⁹. de vbis dñi. Homel. xxix. Nihil tā inimicum
est spei sicut retro respicere: sicut facit ille q temptatiōibus
nō apte resistit. Remediū ɔ hoc patebit infra de tenta
tiōe. Tertiū impedimētū est desperatio culpe cōmisse: de
quo dictū est. D. ij. p totū. ¶ Quātū ad secūdā ptē hui⁹
articuli: quō diabol⁹ nitit multos in falsa spe. s. psump-
tiōe ponere: male faciētes: et dicētes saluabimur. Et
qbus assimilant ptz. G. iiij. 14. Et. M. ix. arti. vlt. p to-
tū. Ex qbus ptz q in eius pmissiōibus sic dr Eccl. xxxiiij.
est vana spes insensato viro etc.

S. xiij. Spūssancti. Primo osten-
dit bonitas: q a patre et filio et a seipso dari vo-
luit. ¶ Secūdo hui⁹ doni ostenditur vtilitas q̄tū ad
hoc q in die pentecostes oēs bonos christianos legiti-
mauit. Tertio isti⁹ doni ostendit qualitas q̄tū ad plu-
res effect⁹. Quarto necessitas. Quintō apparitiōis di-
uersitas. Sexto ostēdere restat: qlis erit recipientiū di-
spositio. Septimo quō amittit: et quo experimēto qs
cognoscere possit quē spiritū habeat.

Ar. j. ¶ Circa pmū duo sunt ɔsiderāda. Pmo qd datum sit
1 Secūdo qd retribuēdū sit. Quātū ad pmū in die pente
costes est datū meli⁹ donū qd dari potuit. Sicut nāq;
in die natiuitat. christi dat⁹ est fili⁹ dei ad nrām redem
ptionē: et in die cene ad nrām spūalē nutritionē et ɔfor
tationē qñ ille in specie panis dat⁹ est: q est de quo dr
in ps. ciij. Panis cor hoīs ɔfirmat. Ita in die penteco-
stes dat⁹ est spūssanct⁹ ad nrām spūalē ɔsolationē ppt
qd Joā. xiiij. vocat paclit⁹. Aliū inquit paclitum da
bit vobis: ppt quod fideles petūt in orone: que ad ipm
specialit dirigit: q possint ei⁹ sp ɔsolatiōe gaudere. Et
ad nrām spūalē informationē: ppt quod dr Joā. xiiij.
Paraclit⁹ aūt spūssanct⁹ quē mittet pater in noīe meo
ille vos docebit oīa: nō solū ad intelligēdū s etiā ad lo
quēdū. Juxta illud Math. x. Nō eñ vos estis q loq
mini etc. Et ad nrām spūalē deductionē: iuxta illd ps.
cxlij. Spūs tu⁹ bon⁹ deducet me in terrā rectā. Ex qbus

patet qd dedit: qa pmo ɔsolatorē his q alias inordina-
tas fugiunt ɔsolationes: de talibus nāq; verificat illud
Joan. xiiij. Aliū paclitū dabit vobis. Recedētibus vo
ab illo termino a quo secundo dat informatorem vt re
cte vadant in medio. Tertio pseuerātibus dat ductorem
vt terminū attingant ad quem: deducet inquit me in
terrā rectā. Prima ergo eius bonitas q̄tum ad volentes
boni esse respicit terminum a quo: secunda mediū: ter-
tia finem: in quibus tribus totus motus spūalis vite no
stre continetur: et sic dedit bonis hodie illum: cui⁹ bo-
nitas oīa cōtinet: de quo Sap. j. Spūs dñi repleuit
orbem terrarū: et hoc quod ɔtinet oīa. ¶ Quātū ad se- 2
cundā partem huius articuli: querat quilibet in corde
suo: dicens illud ps. cxv. Quid retribuā dño p oībus
que retribuit mihi: q sic dedit mihi filiū et spiritū sctm:
et angelos et oīa bona: sicut ptz. A. x. arti. j. Nec nanq;
si recte cogitauerit: inueniet q oīs ratio dictat: q de
oībus bonis suis meliora deo reddat. Sic de bonis na-
ture: iuuentutem: fortitudinē: pulchritudinē et hmōi.
De bonis etiā fortune meliora: id est decimas et elemo-
synas iuste vendicat. Et de bonis gratie oīa opa re-
quirit. Magna nanq; rusticitas etiā apud mundum
esset: optima ab amico de mutuo recipe: et pessima red-
dere: nec hoc fieri posset absq; vicio ingratitudinis: et
periculo peccati: quo exēplo clare videre potestis quā-
ta sit ingratitudo et petīi et periculū illorū q de oībus bo
nis suis peiorē partē deo dare volūt: q dū iuuentutē et
pulchritudinē in seruitio expendūt diaboli: cogitāt q
qñq; etiā dicūt q senectutē debilitatē et deformitatē in
seruitio dei expendere volunt. Qui insuper peiora de-
cimant et putrida vel corrupta: vel etiam minima pro
deo dant: et qui gratias eis datas in malis expendunt
vsibus. His vo peiores sunt qui neq; meliorem partē
neq; peiorem deo dant: sicut illi qui postq iuuētutem
et fortitudinem suam in malis expenderint opibus sene-
ctutē etiā expendūt in iactātijs et delectationibus: cogita
tionibus et locutionibus: et mendacijs: et iuramentis:
circa ea que in iuuentute male egerunt: intantū q licet
a deo multis stimulis senectutis et cecitatis et debilita-
tis pungant: vt de luto surgant peccatorum: ad modū
aliis pigri in luto iacentis non tamen surgunt nec ad
deum vadunt. Sed ad modum porci in luto iacēt ma-
larum cogitationum et turpissimarū locutionum: nec
ignem recipiunt spūssancti. De quo Luce. xij. Ignem
veni mittere in terram: sicut nec lignū quod diu in aq̄
iacuit: ignem recipit naturalem: sed fumat: et appropin
quantibus et volentibus ipm accendere suo fumo no-
cet. Ita isti fumo turpium verborū et iuramentorū et ex
emplorū et detractionū multis nocent: et specialiter vo-
lentibus in eis ignē accendere spūssancti detrahūt. Nec
ipm ignē spūssancti: sed ignē recipiūt spūs maligni: in
quibus dū iuuenes sunt et potētes ad malefaciendū for-
titer ardet: dū vo impotētes sunt turpiter fumāt. Isti
ergo specialiter p mundū intelligunt de quo Joan. xiiij.
Mittam vobis a patre spiritum veritatis: quem mū-
dus non pōt accipe.
¶ Qui vo illum accipiūt maximam cum illo recipiūt Ar. ij.
vtilitatem: quia vbi prius erant filij ire: filij diaboli: et fi- 3
lij seruitutis eterne: p ipsius receptionem legitimātur:
et filij dei efficiūtur: iuxta illud: ad Roma. viij. Quicū
q; spiritu dei aguntur: hi filij dei sunt. Pro quo est ad-
uertendum q differentia magna est inter filios vxorē
legitime: et filios concubine: qui filij legitimi de iure
succedunt in hereditate paterna: filij autem concubi-
dat quicq̃d saluti illorũ necessariũ est: vt in die iudicij
se iustificare possit: ⁊ dicere illud Michee. vj. Popule
meus q̃d feci tibi: aut in quo molest⁹ fui? respõde mihi
Nonne hec dicere tũc poterit Iude ꝓditori q̃d feci ti
bi? nonne feci te aplm meũ: dando tibi grãm aplatus.
Sic etiam dicere poterit illis: quibus contulit magnũ
statum ⁊ dignitatem: vel in gradu ecclíastico seu secu
lari: quo abusi sunt. Sic dicere poterit oib⁹ malis chri
stianis ⁊ infidelib⁹: quos de nihilo fecit: ⁊ morte quan
tũ in eo fuit redemit: ⁊ grãm si voluissent cõtulit sacra
mentorũ: que tamen infideles non receperunt. Falsi vo
christiani illis receptis abusi sunt. Sic ergo ꝓ omnib⁹
patiendo: ⁊ oibus dando angelũ ⁊ grãm ⁊ tribulatio
nes coram omib⁹ rationabiliter se excusare poterit. Et
dicere illud Esa. v. Quid amplius debui vinee mee:
id est vobis facere ⁊ non feci? defectus ⁊ causa damna
tionis vestre non est in me: sed in vobis: quia ego plã
taui te vineã electam: oẽ semen verum: quõ conuer
sa es in prauum: vinea aliena Hieremie. ij. Et Esa. v.
sicut p3t. G. iij. 29. Ex toto ergo isto ꝓcessu patet: ꝙ ali
qui sunt sicut grana matura: qui leui tribulationis per
cussione de palea exeunt peccatorum sicut Paul⁹: qui
tactus statim respondit: dñe: quid me vis facere? Aliq̃
sicut grana minus matura tardi⁹: sicut latro in cruce.
Aliqui sicut grana putrida que nunq̃3 exeunt p ꝑcussio
ne: sicut Pharao ⁊ Herodes. Nota plura quare deus
tribulationem mittit. L. iij. arti. iij. p totum.
¶ Viso que sit dei opatio tribulantis: videre restat q̃s Ar. ix
fit tribulationis effectus: in tribulatione patientibus? 51
Circa quod primo ostendere restat: effectuũ diuersita
tem inter saluãdos ⁊ dãnãdos. Secundo diuersitatis
causam ⁊ originem. Rõne primi est sciendũ: ꝙ tribula
tio ꝯparationem habet ignis: quia sicut in igne rubigo a
ferro aufert. Ita rubigo peccati ab anima. Thobie. iij.
Peccata in tribulatione dimittis: quia etiã sicut ignis
in diuersis rebus diuersum habet effectum: quia in eo
dem igne aurum purgatur: aromata redolent: quedã
in melius mutant: sicut silex in vitru3: ⁊ mollia solidã
tur: sicut lutũ in ollam: quedam vo ibi fetent sicut sul
phur: quedã ibi fumant: sicut aquosa: quedã ibi cõsu
munt sicut stuppa ⁊ fenum ⁊ palea: ita ꝙ ignis ostẽdit
que materie sunt solide: ⁊ que nõ? que sunt vera: ⁊ que
colorata? Siquidem ⁊ denarius cupreus: qui exterius
aureus videt in igne ostendit qualis sit? Ita tribula

tione saluandi: sicut Job ⁊ Thobias purgant͂ confitē
do patiētia redolent: solidant͂ ⁊ perficiunt. Damnādi
vo murmurando ⁊ in peccatis suis ꝑseuerantes: vel
peccata sua cum Pharaone in tribulatione augentes
in illo igne fetent fumant ⁊ ꝯsumunt͂: sicut stipula an
te faciem ignis Ps. lxxxij. et sicut fenū tectorū: in Ps.
cxxviij. Et quasi stuppa collecta Ecc. xxj. Et sic patet
ꝙ medicina salutis: non eundē in omnibus habet effe
ctum. Quia dum Nabuchodonosor per flagella cor
rigit͂: sicut pꝫ. D. iiij. 7. Pharao per flagella obdurat͂.
xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. Primus dicit͂ Joan.
xvj. Tristicia vestra vertet͂ in gaudiū. Secūdis vo di
cit͂ Job. xxiiij. Ad nimiū calorem transiet ab aquis ni
uium: cum ꝑdicto Pharaone q̄ ab aquis maris trans
siuit ad calorē inferni: quia vsq̃ ad inferos petiti illi9.
Primi eñ grano duro assimilant͂: qd̄ sub flagello nō
frangit͂: sed a palea purgat͂. Putridū vo frangit͂ nec a
palea sepat͂. Ideo primi ad modū boni grani ī horreo
celi sunt reponēdi: vbi palea que hic cum vento tenta
tionis de area eijcit͂ in ignem mittēda est eternū. Hoc
eñ eis ꝑmittit Joānes baptista Math. iij. de deo lo
quens. Cuius inq̄t ventilabrū in manu sua ⁊ ꝑmun
dabit aream suā: scꝫ ꝑ tribulatiōes: sicut mundat͂ au
rum ⁊ bladum: ⁊ cōgregabit triticū in horreū: paleas
autē ⁊ grana putrida: que sub flagello paleam peccati
52 nō dimittunt: comburet igni inextinguibili. Nec mi
rū: q2 sic dicit ps. xxxiij. dissipati sūt nec compūcti ⁊c.
de talibus loquit͂: qui vindictis dissipant͂: nec tñ ad pe
nitentiā et peccatoꝝ dimissionē pungunt͂. De quibus
dicit deus Amos. iiij. ꝙ dedit eis indigentiā panū in
omib9 locis suis: ⁊ tñ nō sunt reuersi ad eum. Or etiā
ꝓhibuit ab eis pluuiā ꝙ frumēta nō potuerūt crescē
re: sed terra sterilis ꝑmansit. Or etiaꝫ intm̄ defecerunt
aque: ꝙ venerūt due vel tres ciuitates ad vnā vt bibe
rent aquā ⁊ nō sunt sanati. Or etiā misit in eis mortē.
id est, mortalitatē. Or etiā iuuenes eorū ꝑcussit gladio
in bello scꝫ vsq̃ ad captiuitatē equoꝝ. Et semꝑ in fine
ꝯcludit. Et nō estis reuersi ad me: dicit dñs. Oēs ꝑdi
ctas vindictas expresse exercuit in nobis; hoc excepto:
ꝙ illoꝝ vindicta fuit nimia siccitas q̄ est pulchrioꝝ: q2
illo tpe hoīes tps habēt amenū ad spaciandū: ad ope
randū: ad ludendū ⁊ hmōi. Nostra vo est nimia plu
uia: q̄ turpior ⁊ pōderosior ⁊ tristior est ꝓ cordibus hu
manis. Et sicut illi iuerunt ad alias ciuitates ꝓ aqua.
Ita nos ad alia regna ꝓ frumēto. Et sicut de illis con
cludit͂ ibi. Et nō estis reuersi ad me. Ita de nobis con
cludi pōt. Et si hoc solū de nobis ꝯcludi posset: esset ali
quo modo tolerabile. Sed ꝓh dolor: nō solū dici pōt
de multis: qm̄ sic tribulant͂ ꝙ nō reuertunt͂ ad deum:
peccata priora deserēdo: sꝫ plus a deo auertunt͂ ⁊ elon
gant͂ peccata augmētando: q2 dum omī genere plaga
rum gladio fame ⁊ mortalitate, ⁊ omē genus hominū
his tribꝰ plagis percusserit: q2 maiores in diuersis bri
gis intrinsecis ⁊ discidionibꝰ inter se ⁊ bellis extrinse
cis: paupes mēdicātes fame: q2 multa milia ex illis fa
53 me interemit. Mediocres mortalitate ⁊ q̄tū ad seipos
et q̄tum ad aīalia ⁊c. Quibꝰ cōgrue loquit͂ de9 Esaie
j. Sup quo ꝑcutiā vos vltra addentes ꝑuaricationē:
quasi diceret: quo genere vindicte possum vos vltra
percutere: q̄ semꝑ sub mea ꝑcussione ad deteriora con
uertimini. Et est sensus: ꝙ in isto seculo nō restat vlte
rior ꝑcussura. sꝫ in alio: ad modū dñi terreni q̄ dissolu
tos ⁊ male se habētes in carcere liberiori ponit in carce
54 re duriori: ⁊ penis affligit durioribꝰ. Sic deus q̄ nos
de paradiso exules i hac lachrymarū incarcerauit val
le locū istū ꝓ carcere ⁊ penitētia deputando. Et certū
esse constat: ꝙ preter intentionē exultantis ⁊ incarcerā
tis est: ꝙ faciam9 nobis de carcere aliū paradisum: qd̄
si facere voluerim9: nos in grauiori ponet carcere pe
nisq̃ affliget grauioribꝰ. Illosq̃ q̄ dicunt: humiliasti
nos in loco afflictiōis: ⁊ nō obstante: ꝙ hic cooperuit
nos vmbra mortis, id est, peccatū. In illis eñ impleбi
tur illud beati Gregorij moral. li. x. Induant͂ sicut di
ploide ꝯfusione sua. Diploiden eñ duplicem vestem
dicimus. Cōfusione igit͂ sicut diploide induti sunt: q̄
iuxta reatus sui meritū ⁊ tpali ⁊ perpetua aīaduersio
ne feriunt͂ quos sua ꝑsentia mala nō corrigunt: sed ad
sequentia perducunt. De quibꝰ Hiere. xvij. Dupliti
contritione contere eos dñe ⁊c. ¶ Duriores etiaꝫ sunt 55
infidelibꝰ niniuitis: q2 illi timore pene future ⁊ tpalis
anteq̄ illam sentiret se emēdauerūt: sicut pꝫ Jone. iij.
vbi legit͂ ꝙ Jonas clamauit ⁊ dixit: adhuc quadragin
ta dies ⁊ niniue sūuertet͂: ⁊ crediderūt viri niniuite in
dñm: ⁊ ꝑdicauerūt ieiuniū: ⁊ vestiti sunt saccis: a maio
re vsq̃ ad minorē. Et deus vindictā retraxit. Sic face
ret de nobis: si penitēdo ei obedire voluerim9: sicut pa
tet. O. j. 7. Sed heu quis nunc tantā inueniret fidem
inter christianos: si quis parū ante clamasset ⁊ ꝑdixis
set mala que nuꝑ acciderūt: ⁊ apertas dei vindictas q̄
ad potentiū trucidationē: quo etiā ad famē ⁊ mortali
tatē. quis ei credidisset: q2 ex quo nec peccatū dimittūt
vel penitentiā dignā faciūt ꝓ pena tpali: quā sentiunt
nec ꝓ eterna quā timent: qm̄ hoc facerent ꝓ pena tpali
quā futurā expectarēt: cum manifestior sit vindicta q̄
videt͂ ⁊ sentit͂ q̄ que timet͂. Magna ergo est differētia
nō solū int͂ niniuitarū crudelitatē ⁊ nostrā: sꝫ etiā inter
opa. Ipsi eñ induerūt se saccis: nos induim9 nos ve
stibꝰ supbie. Ipsi ieiunauerūt: nos voluptatibꝰ vaca
mus. Ipsi a maiori vsq̃ ad minorē: int͂ nos maiores
parū curāt: sicut pꝫ. d. c. e. xxj. Ipsi timore pene tpalis
peccare cessauerūt: nos sub flagellis tpalibꝰ habentes
etiā timorē eternaliū: petā nec dimittim9: sꝫ qd̄ pei9 est
augem9. Rōnabilr̄ ergo nobis minat͂ christ9 Math. xij.
dicēs. Viri niniuite surgēt in iudicio cū generatione
ista: ⁊ ꝯdemnabūt eā: q2 penitētiā egerūt in ꝑdicatiōe
Jone. Patet ergo quō diuersus est tribulatiōis effectus
bonis ⁊ malis: q2 boni in aquis tribulatiōis ascendūt
de virtute in virtutē: q2 in eis tribulatio patientiā ope
rat͂: ad Rom. v. Patiētia aūt opus ꝑfectū habet Ja
cobi. j. Spūaliter vo mortui in ipsis descenderunt in
abyssum. ¶ Hui9 aūt diuersitatis causam inuestigare 56
oportet: ex ꝑte pedis affectionis. Est eñ de aīa seu inte
riori affectiōe: ⁊ de corꝑe sicut de circino: cui9 vn9 pes
ponit͂ in pūcto quodā vl' centro: ⁊ ali9 pes circūducit͂
vt circulū faciat: in q̄ videm9: ꝙ si pes ille interior de
ficiat ⁊ de loco suo dū alius circūducit͂ moueat͂: circu
lus seu linea illa incepta non ꝑficit͂. Ita si pes amoris:
de q̄ Augustin9. Pes me9 amor me9: imobiliter figat͂
et teneat͂ in centro. i. in deo: qui est q̄si centrū in medio:
iuxta illud ps. xlv. De9 in medio ei9 nō cōmouebit͂: et
in medio aīaliū ⁊ in medio latronū in cruce: ⁊ i medio
discipuloꝝ: quātūcūq̃ corp9 extra circūdat͂ ꝑ tribula
tiones diuersas cum illis qui circuierūt in melotis an
gustiati afflicti ⁊c. Heb. xj. circulus tñ vite ꝑficit͂: si
cut patet. J. ij. xj. Exemplū ad hoc primo in antiquis
sapientibꝰ de lysandro vicꝫ ⁊ socrate: de quibꝰ phs. ij.
posterioꝝ: vbi ostēdit quō vna ꝓprietas seu species po
test cōuenire pluribꝰ: dicit ꝙ illi in vna virtute magna
nimitatis int͂ñ cōuenerūt: ꝙ nulla fortuna exterior eos
turbare vel mutare poterat: sed eodē modo se habebāt
in ꝓsperitate ⁊ aduersitate: q2 reputabāt seipsos dignio
res ⁊ nobiliores omī fortune ꝓspera: ⁊ omnibus rebus

exterioribus: et ideo pro nulla re exteriori voluerunt turba
ri vel mutationem facere circa rem nobilioris nature.
Quia vero fortioris fuerūt nature: ideo nulla frangi po
terant fortuna aduersa: et sic nec prosperitate nec aduer
sitate turbatio cadebat in sapientē quantum ad aiam: li
cet tribulatio corpus afficiat: sicut nec corpora celestia
mutanł: propter aliqua accidentia vel turbationes que
fiunt inferius in terra. Si isti tam imobiliter ligaban
tur ancora seu pede affectionis in virtute magnanimi
tatis: quāto magis qui confidunt in dño: sicut mons
sion: nō cōmouebił: in ps̄. cxxiiij. sed nec decolorabił:
sed ad modū lauri et palme hyeme aduersitatis et esta
te prosperitatis erit folium eius viride Hiere. xvij. Et
foliū eius nō defluet: in ps̄. p̄. Quo contra mali in aduer
sitate sunt tanquam folium qđ a vento rapił Job. xiij. Et
57 quasi quercus defluētibus folijs Esa. j. ¶ Predicto mō
habuit pedem affectionis in deo fixū Job: qui quū exte
rius tribulatur: interius firmus stabat: dicens: domi
nus dedit: dominus abstulit. Job. p̄. Ecce tribulatio
exterius: tn̄ firmus manebat interius: sicut patet per
illud quod sequitur. In oībus his nō peccauit Job
labijs suis: neqȝ stultum quid cōtra deum locutus est
Super quo beatus Grego. Stulte contra deū loquitur:
qui inł flagella se innocentē dicit. Sic fixus erat Pau
lus: qui dicit ad Romā. viij. quis nos separabit a chari
tate christi: tribulatio an angustia etc̄. Et quia sic fixus
erat interior pede affectiōis: iō perfectū vite cursuȝ fecit
in deo: ipm̄ consummādo a quo principiū accepit: dicēs
illud. ij. ad Thimoth. iiij. Bonū certamē certaui: cur
sum consūmaui. Ex omnibus istis patet: q̄ causa quare iu
stus in tribulatione non cōturbabił sed perficił: est: q̄
habet pedem affectionis in deo fixam. Et q̄ hec fixio
sit huius effectus causa: ostendił autoritate beati Gre
gorij: que habeł in decretis. vij. q. j. aduersitas. Dicit
enī q̄ aduersitas que bonis votis. i. propositis: vel viris
objicił: probatio veritatis est: nō iudiciū reprobationis.
Glo. interlinearis: imo alibi dicit beatus Gregorius:
q̄ cōtinuus successus tpaliū eterne reprobatōis est in
diciū. Sequił in autoritate. Quis enī nesciat quam prospe
rum fuit: q̄ beatus apl's p̄dicaturus ad italiā veniebat:
tn̄ veniēs naufragiū pertulit: et tn̄ nauis cordis. Glo.
interlinearis. i. cōstantia aie: in maris fluctibus integra
stetit. Mali vero habēt pedē fixum etc̄. De quibus in ps̄.
xij. Qui tribulant me: exultabūt si motus fuero. In il
lo eni ludo ille cuius pes de loco in quo eum posuit mo
uetur vincitur et alius victor efficił. Sic in proposito.
Arti. x. ¶ Huic vero vltimo dicto de lucta vicȝ quā inimicus
contra nos exercet possunt qui luctā illā sentiūt objicere:
58 et querere quare deus potestatē talem ei dedit. ¶ Iterū
qui sentiūt se victos objiciūt: querētes quare deus nō
dedit eis potestatē diabolo vel tribulationi vel tenta
tioni resistendi. Vtriqȝ questioni respōdet Chrisosto.
sup Math. homel. liiij. sup illud Math. xij. Quō pōt
quis intrare in domū fortis et vasa eius diripere: nisi
prius alligauerit fortē. Ex qua respōsione nō solū patȝ
quare deus nos quibuscūqȝ tribulationibus alijsve vexa
ri permittit: et quō eas vincere poterimus si voluerimus.
Prime questioni respōdet sic. Dicis inquit vt quid talē
potestatē deus diabolo dedit. Et respōdet: si ille sedu
ctionis potentiā nō accepisset: tu probationis mercedeȝ
nō acciperes. Omnis autē seductio nec pōt seducere: nisi
habeat boni colorem per qđ videał bonū esse qđ ma
lum est. Omē vero malum voluit deus latere sub colore
boni: et omē bonū voluit esse sub caligine obscuritatis
vt nec bonū sine labore inuenias: nec malū sine labo
re caueas: negligens autē nec bonū inueniat: nec malū
inuadet. Nota. T. j. xj. Secūde vero obiectioni respōdet
ibidē: sic persuadendo: vt cū diabolo et omi tribulatione
fortiter pugnādo cōgrediamur: nec in quantum debent hostē
timere fortē: qui principē habēt fortiorē: nam si contendi
mus cum eo: manifestū est q̄ fortiores illo sumus: si aūt
negligimus ille fortior inuenił. ¶ Qui ergo sub tali tentati 59
one vel tribulatiōe succūbunt et turpissima cōmittunt:
si hoc deo imputāt vel constellationi vel cōplectioni quā
deus fecit: sicut Adam qui dixit: mulier quā dedisti mihi
dedit mihi et comedi: mentiuntur: quia non in deo sed
in ipsis defectus inuenił: qui vincere possent si vellēt etc̄.
Beatus Grego. in dial'. qualis quis apud se lateat: illa 60
ta cōtumelia probat. ¶ Iterū objicił contra p̄dicta. s. eni.
e. x. xix. dictū est q̄ plures tempestates et vindicte istis
accidūt tēporibus quam antiquis: sicut patȝ de mortalitate aialiū.
Sed cū peccatū sit oīm vindictarū causa: videł q̄ ań ad
uentū christi: quū parū fuit nisi peccatū: plures debuerint
fuisse vindicte: modo enī multiplicanł taȝ boni quam in
tercessores tam in celo quam in terra. Huic rn̄det Aug. de
doctrina christiana: dicēs, causam esse quare plures sunt
modo tribulationes: quia modo seruus scit voluntatē
dñi sui: et non facit eam: ideo plagis vapulabił mul
tis Luc. xij.
¶ Ex quo dñi dicto: articulus inferł vndecimus: q̄ vi Arti. xj.
delicet omes tribulationes iuste patimur: eo q̄ dei vo
luntatē scimus et nō facimus eam: hec aūt iusticia in 61
cludit: tam ipm̄ deum vindictas accipientē: quam ipsum
actum et modū: quo ipsas accipit. Primū patȝ: quia sicut
rex a sibi rebellātibus et crimen lese maiestatis cōmittēti
bus iuste punire: et omnia auferre pōt: et fructū arborū
et camporum: hoc enī faciēdo vel iuste punit nos pro com
missis sicut iudex: vel misericorditer a nobis infirmis
aufert nociua sicut medicus. In hoc ergo facto vniuer
se vie dñi misericordia et veritas: in ps̄. xxiiij. Secundū patȝ:
quia factū in se iustum est: q̄ ille qui a se fugat sanitatē vi
tam et pacē scȝ christū q̄ moriał cū filijs et amicis et aia
libus suis: et q̄ bellū habeat et nō pacē: quia a se fugauit
defensorē suū. Tertio etiā in modo iusticia ostēditur:
votum enī solēne in baptismo factū frāgimus: et promis
sa nō tenemus: sed testes falsificamus: et ideo aquis et inun
dationibus iterū nos baptizat: semina et prata et sata sub
mergendo. Sic ergo patȝ q̄ oīa iudicia tua iusta sunt
Thobie. iij. ¶ Licet ergo quū affligimur causas determi 62
natas et claras nō videamus: cogitemus q̄ iustus iudex
nihil iniustū circa nos agit vel agere sinit quin aliquē
iusticie effectū inde producet: cogitemus q̄ palea est vel
circa cogitatiōes vel locutiōes vel operatiōes seu omissio
nes: et si forte nos lateat: quia si diuites paleā nō haberēt
superbie et cupiditatis: nequaquam illos in bellis aduersari
orū flagellaret gladijs. Si mendicātes nō haberēt pa
leam vel rubiginē q̄ raro ieiunant vel ad ecclesiam ve
niūt propter missam vel deuotionē nisi ad petēdū elemo
synā in ostio ecclie: hoc apte in ope ostēdūt: quia vbi diui
sio debet fieri pecunie: multitudo pauperū conueniet et
concurrit. Et si melior p̄dicator terre ibi p̄dicaret vix cō
currēt tres et eis. Qui etiā sm̄ leges ecclie nō viuūt: in
matrimonijs: nec pro fornicatiōe coniungūł qui sūt vagabū
di et nesciuł verū ducta ab eis vxor sit an nō: q̄ etiā fu
res sunt et latrones: et sic nisi aliqd horum esset: nequaquam to
tiens fame eos deus occideret. Nota de hac materia.
A. x. 10. Et. A. vj. 2. et. 10. Istam ergo dei iusticiā cogi
tantes nō contradicamus cum Petro dicēte Joan. xiij.
Non lauabis mihi pedes in eternū: sed patiēter susti
neamus dicētes: q̄ sequił. Dñe nō tm̄ pedes. i. nō tm̄
punias peccata cordis et affectiōis: sordes a corde aufe
rendo: sed et manus et caput. id est opera et quinqȝ sen

fatum: qui principaliter in capite viget: quia qđ facit:
nescimus modo: sciem⁹ aūt postea qñ clare videbim⁹:
quō totū pro nostra egit vtilitate ⁊ tunc dicemus illud
Ps. lxxxix. Letati sumus p diebus: qbus nos humi
liasti: annis qbus vidimus mala: modo nō multū le
tant: cūm nesciūt. Sic nec ille in carnoto. B. iiij. 7.
Arti. xij. ¶ In ista aūt sancta mgři ⁊ discipuli collatione infert
nō solū duodecim⁹ articulus: sed eiusdem articuli ne
63 cessitas. In hoc enī q discipulus ait. Dñe non tm̄ pe
des ⁊c. instruimur in tribulatiōe ad patientiā. In hoc
vo q dicit magister: nisi lauero te ⁊c. ostendit tribula
tionis ⁊ patientie necessitas: q: licet lauet exterius: nisi
intus assit patiētia: et tali lotione nō mundat: q: deus
sine nobis nos nō iustificat. De talibus enī dī Mat. p.
būs mūdans nō faciet mūdū. Requirit ergo ad hoc
q tribulatiōe mundemur: interior patiētia ⁊ humilis
acceptatio ad minus cōcomitant. Circa quā quattuor
ostendere restat. Primo q nō est murmurandū cōtra
tribulationē quā deus videt p se immittere. Secūdo q
nec etiā cōtra tribulationē vel psecutionē quā p alios
immittit vel sinit immittere. Tertio murmurantiū ↄ
aliqđ pdictoꝝ similitudo. Quarto periculū ostēdetur
Primū patet: quia sicut arbor si intellectū haberet nō
murmuraret cōtra eū: qui ei aufert ramusculos et ra
mos nociuos: qui eius impediūt ascensum. Nec infir
mus sapiens cōtra medicū qui errare nō pōt: si p ei⁹
sanitate potū dat amarū. Ita nec nos cōtra deum ⁊c.
sed grās agere exemplo Senece qui ait: grās ago infir
mitati mee: q nō sinit me posse qđ nō licet. Nota para
bolā ad hoc de duobus vicinis: quoꝝ vnus q ad oēm
fortunā se posuit in ordinatione dei. Alter vo semper
voluit diuinare: seu ordinare voluit: quale tp̄s seu for
tunā habere desiderabat. Et cōtrariū accideret graua
retur. Primi vo hominis ager et prom: ptuaria erant
plena: secundi vo ecōuerso: pluribus vo de hoc miran
tibus: respondit sapiēs. Non est mirū: q prim⁹ abun
dat: q: semp habet vel pluuiā vel siccitatē vel q̄le tp̄s
desiderat: quia quicquid deus mittere sibi voluit desi
derabat. De alio vo nō est mirabile: q: vult sapiētior
deo esse. De cōditione istius secūdi sunt q̄si ōmes mo
derni: imo peiores: q: ille cōtentabat: qñ habuit qua
le tempus voluit. Isti nulla ↄtentant fortuna: s semp
murmurāt qualitercūq deus ordinauerit ⁊c. Meli⁹
ergo esset oēm fortunā patiēter tolerare cum primo pre
dictoꝝ: ⁊ cum Paulo dicente: ad Phil. iiij. scio abun
64 dare ⁊ penuriā pati. Secūdū patet: q nec est murmu
randū cōtra illos: q ex dei iussu vel pmissione nos tri
bulant: q: teste aplō, ad Heb. xij. Et Joan. in Apoc.
iij. quē diligit castigat: flagellat aūt oēm filiū quē reci
pit: vel p se vel p aliū: qui est q̄si virga. Sicut s filius
irrōnabilit maledicit mgřo ⁊c. q: pater ordinauit ⁊c.
Sed dicent: nō est voluntas dei q mali sic alios affli
gant: taliaq dāna ⁊ iniurias inferūt: s cogitent tales:
q talia nō pmittit ↄpter flagellantiū bonitatē: s ↄpter
flagellatoꝝ vtilitatē. Sicut aurum qđ exponit igni vt
purget ⁊c. ⁊ ppłm negligēter agentē: serpentibus Nu
meri. xxj. Ita exponit suos in hoc deserto tyrānis ⁊c.
qui sm Aug. sūt serpētes: q cruciauerūt martyres ⁊c.
Non s gaudeāt affligētes: nec doleāt afflicti: q: sicut
nec est ad ignis vtilitatē ⁊c. q: ad nihilū deducet tribu
7 lātes nos Ps. lix. sicut pz de Pharaone ⁊c. Exo. xiiij.
Et sicut patet Danielis. iij. vbi legit q virga verbe
rātis. id est. q fornacē incenderunt combusti sunt. Sic
ergo dum alios quasi candelam emungentes: vt cla
rius lucere possit: nō solum digitos ↄpaios sed totum
corpus ⁊ animā comburūt. Tribulatos vo secum re
gnare faciet: vt sit qlibet illoꝝ particeps in tribulatio
ne ⁊ regno Apocal. j. ¶ Sicut ergo pdicta insensibi 65
lia si ratione haberēt: contra instrumēta nō murmura
rent quibus pficiunt: sic nec nos ⁊c. Sicut nec christus
qui cum pateret non cōminabat ⁊c. j. Petri. ij. Et licet
ista patiētie fortitudo oībus sit necessaria: tamē psō
nis magni status est multo necessarior: quia sicut vide
mus q licet inferior mūdi pars oīm vento moueatur:
superior tamē pars ordinatior et oīm tumultu et tem
pestate caret: ⁊ motu suo ordinato īferiora iuuat: ⁊ fru
ctificare facit. Sic quātūcūq inferiores carnales ⁊ su
perbi inter se tonēt ⁊ fulgura emittēt malicie ⁊ odij et
mutui tēpestatibus se turbent: supiores tamē rectores q
ad modū corpoꝝ celestiū regere debent inferiores oīm
tali motu carere debēt. ¶ Et sic patiēter sustinēdo tri 66
bulationē accipe doctrinā Pauli ad Romā. xij. Noli
vinci a malo tribulationis vel psecutionis: sed vince i
bono malum. In quibus tria: strenuitas imposita: secū Bonum
ditas apposita: peruersitas apposita relucēt. Primū in Malum
actu laudabili: quē hortat vincere. Secūdum in obiecto
delectabili q demonstrat in bono. Tertiū in aduerso
terribili: qđ ↄpinat malū. De primo. j. Joan. v. Omne
qđ natū est ex deo: vincit mundū. Ecce quō boies ce
lestes ex deo nati: vincūt mundū. Propter enī electoꝝ
conscientie ⁊ cordis bonitatē: p secūdo electis oīa co
operant in bonū: ad Romā. viij. Et tunc ad sic dispositū
tū in anima dicit: pro tertio Soph. iij. non timebit ma
lum vltra: quia deus est in illo: qui ↄsolat nos in oīm
tribulatione nostra. ij. Coꝝ. j. ¶ Quo contra de malis 67
dicit ad Romā. ij. Ira: indignatio: tribulatio ⁊ angu
stia ⁊c. Ecce mali inferiorē partem mundi occupātes:
sm carnē delectabilia diligentes. Nota. P. j. 7. cū se
quentibus. ¶ Sed boni dicere possunt: sed ⁊ gloriamur in 68
tribulationibus. Nota de huiōi hominibus. A. xxviij.
38. Et. C. j. 14. Et. F. j. 24. Et. L. j. xij. Assimilant er
go freneticis ⁊ voluntarijs ⁊ fatuis. Primi semp labo
rant p morte sibi appropinquantiū. Secundi diligūt
eis cōtraria. Nota leprosi vel alterius languidi infir
mitas: que a deo imponit nō credit minus esse meritō
ria: q publica penitētia vl' alia cum cilicio ⁊ lorica fer
rea si patiēter sustineat. ¶ Contra tribulationes mur 69
murantes assimilant vasi vacuo: qđ percussum sonat
Sic vacuus grana in tribulatiōe ⁊c. ¶ In illo ergo iu 70
dicio patebit: q tales assimilant metin: quia sicut fer
rum illud in se durū: malleū sua duricia repellens bis
percutit ⁊c. Sic indurati hic ⁊ in futuro ⁊c. de quibus
Job. xlj. stringet q̄si malleatoris incus. Nota. D. x. 3.
¶ In quo notat quarta pars huius articuli. Pro q est 71
sciendū q sicut lapis ex intētione malleatoris: in altū
qñq disponit locum: si nō frangat: si vo frangat: loco
caret disposito. Sic in ↄposito ⁊c. Item sicut vasa figu
li ex eius intentione in ignē ponunt: vt apta fiant ⁊c.
Sicut ergo figuli vasa probat fornax: ita homines iu
stos ⁊ iniustos tentatio tribulationis Ecci. xxvij. vt q
ignē tribulationis patiēter sustinēt: ponant in aula ce
li: ⁊ alij qui frangunt: ponant in lutum inferni.
¶ Et istis duobus vltimis articulis vicz vndecimo et Arti. xiij.
duodecimo: quia et quo oīs tribulatio quā patimur
est iusta: sicut ostensum est in articulo. xj. ↄpter iusticiā
sequit q contra nullam iustā tribulationē est murmu
randū sicut ostensum est in. xij. Ergo a multo fortiori
habendo respectū ad predictā iusticiā a nullo ↄposito
vel opere ↄpter tribulationē vel psecutionē est cessan
dum. Ad hoc habent exempla ⁊ scriptura. Exemplū
enī in natura. Arbor bene radicata: de quo. A. xviij. 3.
vento ⁊ impulsibus nō ↄsternit: nec a crescēdo oīno

cessat:nec vigorem vel fructum amittit:de qua Hiere
mie.xvij. Benedictus vir qui confidit in dño ꝛ erit do
72 minus fiducia eius. ¶ Rosa etiam a crescendo spinis
eam circũdantibꝰ nõ impedit. Sed heu nõnulli cõdi
tionem sequunt solsequij:qd sole p̄sente se aperit:solis
vo caloribus recedẽtibus clauditur: ꝛ pulchritudinẽ
priorẽ nõ ostendit. Ita etiam patet de ꝓsperitate ꝛ ad
uersitate. Secundũ exemplũ est in arte. Nauta ꝓpter
ventum tediosum nõ statim redit. Tertiũ exemplũ in
viris illustribꝰ: quoꝝ vita a sufferentia aduersitatis in
sacra scriptura ꝛ aliqs scripturis autenticis cõmendat
Job.p̄. Diuersos tribulationis nũcios audiẽs:patiẽ
73 ter respõdit dicens. Dñs dedit ꝛc̄. Et nos debemus
diuersos tribulationis nũcios grãter recipere: sicut
paupes scholares:promotionẽ in curia romana expe
ctant gaudenter. Sic Thobias a bono incepto ꝓpter
aduersitates nõ cessauit Thobie.ij.et.iij.nota tertium.
Sic nec Martinũ beremitã diabolus a bono ꝓposito
Exm̃ impedire potuit. De quo scribit beatus Grego. in li.
dial.ꝙ diabolus tribus annis in forma serpentis iu
xta eum cubauit: vt tali eum horrore de cella eijceret:
nec tamen preualuit. Omẽs isti ostenderũt se esse fra
tres christi: ꝛ sanctoꝝ: quia Eccl.xl. scribit: ꝙ fratres
in adiutoriũ in tpe tribulationis. Hos ergo exemplo
ante oculos habentes: qui sunt opprobrijs in tribula
tionibus spectaculũ facti:ad Hebre.x.hortatur Pau
lus:ad Eph.iij. Peto per fidem eius. id est.christi: ne
deficiatis in tribulationibꝰ: hec scripsimus vobis: in
tribulatione et impetu:qui superuenit nobis in istis an
nis.ij. Machab.p̄.

V.j. Veritatis. Primo ostẽ
ditur distinctio vtilitas ꝛ necessitas. Se
cundo ꝙ omẽs tenent veritatẽ libere ꝓ
nunciare ꝛ defendere. Tertio quõ veri
tas parit odiũ ꝛ persecutionẽ. Quarto qualiter ꝓpter
hoc veritas frequẽter perit: ꝛ quibꝰ rebus tales assimi
lantur:qui quacũqȝ de causa: viam deserunt veritatis.
Quinto que sit veritas apparens ꝛ nõ existens: ꝛ qui
bus rebus assimulant illi qui talem habent ꝛ ostendũt
veritatẽ. Sexto quãta sit vere ꝛ existẽtis veritatis raritas.
Arti.j. ¶ Quantum ad primũ veritatis duplex dat distinctio:
quarũ vna habet. V.viij.12. Alia vo dr̃ esse Hieros
1 nymi:q̃ veritatẽ vite:iusticie:vel scripture. Quarũ prima
consistit in debita regula rõnis: subijciẽte passiones et
corporis motus ipsi rationi. Secũda consistit in ordi
ne ad alios: ꝛ est necessaria in iudicibus et p̄latis ꝛ pre
dicatoribꝰ: qui habent alios regere vel docere: vt per
illam nemini parcant:ad modum leonis: qui etiã por
tanti ei cibuȝ nõ parcit:loquimini ergo veritatẽ vnus
quisqȝ:ad Eph.iiij. Tertia importat ordinem omnibus
exquirentibꝰ veritatẽ. Sic ergo omẽs vie tue veritas.
2 ¶ Istius vo triplicis veritatis magna est vtilitas. Pri
mo quia a pena liberat. Secũdo quia ad vitam ducit
immortalẽ. Primũ patet: quia sicut pueri in scholis le
ctionem suam repetendo: ꝛ ipsam veraciter reddendo
a verberibus liberant. Ita repetendo ꝛ opere reddens
do veritatẽ mandatoꝝ dei: de quibꝰ in Ps.cxviij. oĩa
mandata tua veritas: a penis liberant inferni. Joan.
Exm̃ viij. Agnoscetis veritatẽ: ꝛ veritas liberabit vos. Se
cundum elicit ex verbis Zorobabel.ij. Esdre.iij. vbi
cõtinetur: ꝙ rex Darius questionẽ ꝓposuit tribus cus
stodibus corporis sui: quid de tribus fortius videret:
rege scilicet vino ꝛ muliere promittens munera ꝛ ho
nores ei qui sapientius respõderet: quoꝝ primus dixit
regem esse fortiorẽ. Cum enĩ homo p̄cessit ceteris ani

malibus: rex preest hominĩ: ꝛ ad nutum eius omnia
fiunt. Secundus autẽ pretulit vini fortitudinẽ: quia
cum homo non p̄cesit ceteris nisi animi fortitudine: vi
num superat ipsaȝ animi fortitudinẽ. Zorobabel vo
mulierem fortiorẽ vtroqȝ asseruit: nam regibus ꝛ eis
qui vites plantant: mulieres vitam conferũt ꝛ alimo
niam: ꝛ ad robur vsqȝ perducũt: sup hec omnia verita
tem dixit esse fortiorẽ que immobilis est ꝛ sempiter
na: quia scilicet ad vitam ducit sempiternã: in quo eiꝰ
maxime ostendit fortitudo et vtilitas: quã experient
quãdo eis morientibꝰ dicet illud Esa.xxvj. Ingredia
tur gens iusta custodiens veritatẽ. ¶ Est enĩ maxime 3
necessaria. Primo in omnibus dictis ꝛ factis. Secũdo
in omni amicitia. Primũ patet: sicut pellis sine lr̃a: aut
cera sine impressione nullaȝ facit fidem. Sic nec homo
in dictis suis vel factis nullam facit fidem sine verita
te: quia ostensa sunt repugnare veritati Job.xxj. Se
cundũ patet ex dicto Tullij de amicitia. Cuius inquit
aures clause sunt veritati: vt ab amico verũ audire ne
queat: huius salus desperanda est. Scitũ est enĩ illud
prouerbiũ Catonis: multo melius de quibusdã acer
bos inimicos mereri: q̃ eos inimicos qui dulces vi
dent illos sepe verum dicere: hos vo nunq̃: nulla est
hec amicitia cum alter verum audire nõ vult: ꝛ alter
ad mentiendũ paratus est. His ergo necessitatibꝰ cõ
pulsus: dicat quilibet illud Prouerb.viij. Veritatem
meditabitur guttur meum.
¶ Ipsam aperte pronũciando ꝛ defendendo et si ne Arti.ij.
cesse sit pro ipsa grauia sustinendo. Primo enĩ debet q̃
libet veritatẽ libere ostendere: nõ tñ iudices animarũ 4
in his que ad regimen ꝑtinent animarũ: sicut ostẽsum
est. C.vj.10. vel etiam iudices alij: sicut ostensum est.
J.ix.4. vbi etiam plura ostensa sunt veritatis impedi
menta. Sed quo ad omẽs. sicut patet. T.ij.3. Et hoc
sine intentione vindicte. Cuius intentionis signũ est:
si eque peccatũ reuelat familiaris ad correctionẽ sicut
alterius. Si vo peccatũ familiaris celat ꝛ alterius re
uelat: signũ est ꝙ illud sinistra ostendit intentione: et
certum est ꝙ amicũ carnaliter ꝛ non spũaliter diligit:
nec illius sequit exemplũ: cui dicit Luc.xx. Nõ respi
cis personam hominũ: sed viam dei in veritate doces.
Debent enĩ omẽs veritatẽ defendere: quia qui verita
tem nõ defendit vel non ꝓnunciat: proditor est verita
tis. xj.q.iij. nolite timere. Et non tñ proditores sunt
apud deum: sed etiam miseri quo ad mundũ. Unde
Crisosto.sup Math. Si ꝓpter timorẽ mortis tacere ve
ritatem impietas est: quomõ non est maior impietas:
ꝓpter miserũ ventrẽ ꝛ vani honoris spem tacere veri
tatem: meliorẽ facere gr̃am panis ꝛ honoris q̃ gloriã
veritatis. Sicut ille de quo Prouerb.xxviij. pro buc
cella panis deserit veritatẽ. Quoꝝ impietas in hoc pa
tet: ꝙ ipm̃ vendunt: qui dicit Joan.xiiij. Ego sum via
veritas ꝛ vita: sicut ostensum est. A.xiiij.13. Ergo ve
ritas est ostendenda: ꝛ ꝓ veritate etiã si necesse sit gra
uia sunt sustinenda: quia sicut dicit decretum sumptũ
ex verbis Grego. Melius est pro veritate pati suppli
cium: q̃ pro adulatione accipere beneficium. xj.q.iij.
nemo peritorum ꝛc̄.
¶ Hec vo veritas in opere ostensa frequenter odium Arti.iij.
parit ꝛ persecutionẽ. Circa cuiꝰ articuli declarationẽ.
Primo ostendit in quibꝰ veritas odium parit q̃tum 5
ad illos: qui ꝓpter veritatẽ ad inimicitias cõuertunt.
Secundo quibus rebus veritas in illis assimulatur.
Tertio quomõ alij contra quos huiusmodi exercent
inimicitias per veritatẽ illos fugare debẽt. ¶ Quantum
ad primũ in illis odium parit: qui imitatores sunt me

deorum: quibus veritas dixit Joan. viij. Me queritis in
terficere: hominē qui veritatē locutus sum vobis. Jn
quibus sicut bubo nō amat lucem solis: ita nec lingua
fallax amat veritatē Prouerb. xxvj. Qui etiam imita
tores sunt diaboli: de quo dicit Joan. viij. Jn verita
te non stetit ab initio: ⁊ veritas in eo non est. Ex cuius
imitatione ⁊ doctrina sui veritatē fugiunt: ⁊ veraces a
se vbi possunt fugāt ⁊ persequunt: etiam quantūcūq;
fuerint eis prius familiares: more luporū qui lupū in
ouem cōuersum persequunt: ⁊ more latronū qui sociū
ad fidelitatem cōuersum inuadunt et spoliant. Sicut
patet de Paulo: qui q̄diu lupus fuit: iudei nō p̄seque
bantur: sed ipsum ouem factū: omnes terra mariq; p̄se
quebant. Et hoc est qd ait: ad Gal. iiij. Inimicus fa
Exm ctus sum vobis: verum dicens. ¶ Hanc multorum cō
ditionē quidam considerans: cuidam seruiēti magno
dn̄o ⁊ allegant q ab eo recedere nō potuit: consilium
dedisse fertur: q veritatē ei diceret: ⁊ cito licentiā obti
neret: qd cum fecisset: infra quindenā licentiatus fuit.
Quo facto veritas ostendit dicti Senece. Si inquit in
clientulū felicis hominis potētisq; perueneris: aut veri
tas aut amicitia perdenda est. Sed q multi tales diui
tibus desunt: patet per eundem. Cum inquit diuites
omnia habeant: vnum eis deest: scilicet qui dicat verita
6 tem. ¶ Secundum ad illos vo veritas assimilat aque be
nedicte: quia sicut omnes p̄pinquius accedunt: dum il
la datur: quia ipsam libenter accipiūt: ⁊ clamāt ipsam
petentes: sed si copiose aspergant illi idem murmurāt
dicentes: satis satis est. Ita est de illis qui veritatē cō
mendant ⁊ veridicos: ⁊ ore in agendis veritatē petūt:
que tamē si eis fiat vel dicat murmurāt: ⁊ ipsam nolūt.
Morem in hoc habētes iudeorum qui veritatem incarna
tam in terris apparentē: multū desiderauerūt: habitam
tamē audire noluerūt: sed faciem suam auerterūt. Sic
isti de quibus verificat illud. ij. Timoth. iiij. a veritate
quidē auditū auertent ⁊c. ¶ Dum vo multi circa ve
ritatem in scientijs ⁊ alijs agibilibus acquirendā mul
tum laborant ⁊ multū expendūt: sicut patet de multis
qui circa studium veritatis quasi totam vitam suam
expendūt: quā tn̄ acquisitā ⁊ ostensam nōnulli paruis
pendūt: potest dici q de oibus virtutibus vel rebus bo
nis veritas est: que cum maiori odio ⁊ opprobrio ⁊ dā
no tpali expendit ⁊ ostendit. Sed veritas deus tales
a se fugat: sicut lux bubonē in morte videlicet: quādo
illi quasi bubones in tenebras ponent exteriores: qui
hic veracibus p̄ualuerūt p̄pter causas tactas. f. j. arti.
ij. Tunc dicent: sicut illi. ij. Esdre. iiij. Magna est ve
ritas et preualet: quoniā finaliter sup omnia vincit ve
ritas. ij. Esdre. iij.
Arti. iiij. ¶ Sed heu p̄pter pretactas ⁊ alias causas hitas in vi
ta ista frequenter perit. Circa cuius articuli declaratio
nem. Primo ostendet que sit causa precisa: quare mul
ti veritatē deserūt. Secūdo quibus rebus dissimilan
7 tes assimilant. Tertio a quibus cōuincunt. ¶ Quātum
ad primū: vna causa est inordinatus amoris appetitus
et hic inuenit in his q̄ vecordes sunt veritatis defenso
res. Isti nāq; tepedi veritatis defensores videntes q ali
ter est in arte anime atq; aliter in omnibus alijs artibus:
quia in omnibus alijs veraces diligunt operarij. Jn arte
vo anime tales contemnunt ⁊ odio habent: ⁊ q adulato
res honorant ⁊ ditant: ab his q̄ sicut dicit ad Rom. j.
Veritatē dei in iniusticia detinent a veritate declināt:
ne damnū incurrant vel lucrū habeant. Alia causa est
similitudo: quā veritas videtur habere cum iniusticia
et hanc habent duri domini ⁊ eorum ministri qui dicunt
de excessibus et grauaminibus in dominio suo: q iuste
fuerint. Et falsi mercatores ⁊ vsurarij: qui dicūt idem
de malo lucro: ⁊ custodes carcerū de his quos affli
gunt vt aliqua eis dentur: ⁊ sic de alijs. Omnes isti et
his similes offendunt quādo eis veritas dicit: siue in
confessione siue extra. Et specialiter quādo mentio fit
de restitutionibus: quia primi. id est domini veritatē se ha
bere in iniusticijs suis dicūt: eo q cōsuetudinē p ipsis
habent: quorum factum ⁊ dictū reprobat. C. viij. arti. v.
¶ Mercatores vo dicūt: sensus habuit: ergo nō decipi
mus eum. Vsurarij autē dicunt q auantagiū habere
possunt de rebus suis: ⁊ vtinā haberent auantagiū et
non damnum. Nota optime de talibus. A. xxvj. 13.
Alij vo vicii veritatis defensores videntes q p̄dicti
et his similes a veritate auditum auertent: ad fabulas
autem cōuertunt. ij. Timoth. iiij. Et q irascunt cōtra
veraces ⁊ dona solita vel sperata subtrahunt: ⁊ q per
tentes veritati diliguntur: veritatē aliquoties in con
fessionibus ⁊ predicationibus ⁊ alijs locutionibus et consi
lijs dimittūt: ita q causa est: tam in illis quibus fit adu
latio: q̄ etiam in adulatoribus: quare in mundo ⁊ cir
ca dominos modernos ⁊ diuites nunc pauciores sunt
veraces ⁊ fideles q̄ esse solebant: quia sicut dicit Pro
uerb. xxvj. lingua fallax nō amat veritatē. ¶ Quantū 8
ad secundā partem huius articuli. Illi p̄pter causas
huiusmodi dimittunt dicere veritatem vel facere vbi
illam dicere vel facere tenentur. Primo assimilant illi Exm
idolo: de quo est famosum exemplū Valerij: qd cum
daret respōsa de amissis vel furatis: in quadam ciuita
te: quidā latro ad ipsum veniens: dixit: q eius caput
frangeret: si ipsum reuelaret. Com ergo postmodum
lesus latronem indicare nollet respōdit causam istam
dicens. Tempora mutant: homines deteriorant: ⁊ q̄
vult dicere veritatē frangitur sibi caput. Quomō etiā
tempora mutant: ostensum est. T. v. 16. cum sequētis
bus. Christiani vo non deberent idolo assimilari: sed
Paulo qui dixit ad Roma. ix. Veritatē dico in christo
nō mentior. ¶ Sed heu nōnulli secūdo assilant idolo Exm
egypti: de quibus Aug. de ciui. dei scribit: q egyptijs vo
lentibus deificare Isim ⁊ serapim: cum multi contra
dicerent ⁊ obloquerent: posuerūt iuxta eos idolū ha
bens digitum super os: in signum q tacerent vel pu
nirentur. Isti idolo assimilant: nō solum predicti qui
veritatem dicere nolunt: sed hi qui faciunt ne alijs ve
ritatē ostendere audeāt. Sicut sunt iniuriosi ministri
dominorum: p̄pter quorum timorem ab eis damnificati nō
audent veritatem dominis suis ostendere. Sicut sunt
superiores religiosorum prelati: qui puniunt ⁊ silentium
imponūt: vel alij qui procurāt q silentiū ⁊ predicatoris
bus arctatio imponat ei qui contra potentiū loquit sup
biam ⁊ vanitatem. Quilibet nāq; talis iuxta potentē
superbum est quasi predictū idolum iuxta Isim ⁊ Se
rapim: quia sicut illud fuit defensor illorū deorū. Ita
tales sunt defensores dominorum: qui nō acquieuerunt
veritati: ad Roma. ij. ¶ Tertio cuidam assimilantur 9
mimo. de quo fertur: q cum ianitor cuiusdam domini
cuius aulam intrare voluit vt comederet: quereret cū Exm
quo domino esset: ille respondit: q cum deo: senescal
lus vo vel dominus ianitori respondit: q nisi aliū ha
beret dominū: illuc nō intraret: qui cum hoc audiret
dixit se esse cum diabolo: quo audito hilariter recept⁹
fuit: quia bonus socius erat. Sic tales qui videntes: q
in curijs ⁊ comitatibus ⁊ falsorum hominū societatibus eius
vilipendit: si cum deo fuerint: qui est veritas: ad falsita
tis ⁊ diaboli cōuertunt dominiū: ⁊ omnes peccatores
qui delectatiōes ⁊ lucra habēt in seruitio diaboli: hoc
faciunt opere: qd ille dixit ore: de quibus ad Roma. j.

Cōmutauerūt veritatem dei in mendaciū: ꝛ seruierūt
Exē creature potius ꝙ̄ creatori. ¶ Quarto non tn̄ cuidam
assimilanᷣ stulto: sed sunt illo stultiores ꝛ timidiores:
de quo ferᷣ: ꝙ quia domino suo narrauit facta familie
que faciebant in absentia domini in comedendo et bi-
bendo ꝛ furando ꝛ huiusmodi: fuit per quendā de fa-
milia bene verberatus: qui ad singulos ictus dixit: qn̄
dominus aliquid querit a te: dicas ei fatuitates: et nō
veritates de rebus visis. Cum ergo dominus iterum
ab illo talia quereret: ꝛ ipse staret attonitus ꝛ timidus
et nihil responderet: ait dn̄s: dicas mihi veritatem au-
dacter: q̄ statim vt veritatē ei nominauit: incepit flen-
do clamare et dicere: o domine nunꝙ̄ nomines mihi
illud: quia veritas est peior res mūdi: domine adhuc
sentio in dorso meo ictus quos sustinui pro vltima ve-
ritate quā dixi. Iste stultus nō dimisit dicere veritatē
anteꝙ̄ fuisset verberatus. Nōnulli vō dicentes se esse
sapientes: ad Roma. j. stultiores facti sunt: quia nūꝙ̄
pro veritate adhuc sustinuerūt vnū ictum: ꝛ tn̄ quan-
do in visitationibꝰ vel peccatorū inquisitionibꝰ vel as-
sisis vel duodenis onerantᷣ: in periculo animarū de ve-
ritate dicenda: ad quā dicendaꝫ iuramēto astringunᷣ:
dicunt ꝙ non audent dicere veritatē ne verberenᷣ vel
occidantᷣ: vel ne domus illorꝫ comburatᷣ. Sed stulte
hoc cogitant: quia dum ipsos timent: incidunt in vin-
dictas dei: de quibꝰ ipsi eos liberare nō poterunt: quā-
do veritatem requiret dominus. Si vō ipsos offenda-
nt: propter veritatem: veritas liberabit vos Ioā. viij.
¶ Quinto assimulanᷣ cuidā Citharoni: de quo scribit
10 Seneca. vij. declamationū commendans responsum
cuiusdā mimi. Pro cuius dicti declaratione ferᷣ fuisse
Exē quondam bellum inter duos romanorꝫ principes Iu-
lium ꝛ Pompeiū: in quo princeps exercitus Iulij ci-
tharo dicitᷣ clam fuisse confederatus cum Pompeio.
Accidit postea ꝙ Iulius quendā mimū discretū face-
ret militem ad restaurandū numerū militum occisorū
per Pompeiū: milites vō indignati ꝙ talem personā
militem fecisset: oēs simul iurauerunt ꝙ ipsum in so-
cietatem non reciperent. Cum ergo domum intraret
vbi Citharo cū militia sua sedit et locum ei non darēt
ad sedendum inter eos: ait Citharo: cessissem tibi nisi
locus nos artasset. Cui ille: mirum est quomō tibi lo-
cus artus videtᷣ: qui in duabus sellis sedere cōsueuisti
In hoc notans eum: ꝙ in vna sella sedebat cuꝫ Iulio
pro parte sua loquens: ꝛ in alia cum Pompeio cū ipso
operans: vnde dicere voluit: ꝙ nec fuit Pompeio cer-
tus amicus: nec cesari: sed vtriusꝙ adulator. Sicut ibi-
dem recitat Seneca. Vnde exijt pūerbiū inter roma-
nos: ꝙ quando de duplici vel falso vel proditore vel
adulatore sermo fiebat: dicere solebant. Ille equitat in
duabus sellis. Et est simile illi verbo: qd̄ dicit Helias
ad falsos homines. iij. Reg. xviij. Vsꝙquo claudica-
tis in duas partes. Hec prouerbia ꝛ dicta cōgrue dici
possunt de his qui simul placere ꝛ seruire volunt duo-
bus dn̄is. id est. deo ꝛ diabolo vel eius ministris: qui
ore ꝑ parte veritatis loquunᷣ: ꝛ opere quacūꝙ de cau-
sa cum parte tenent falsitatis: qui nūc tenent cum vno
quādo potentia sua maior est: quādo vō potentia ini-
mici maior est: tenent cum illo. Talibus restat illud ve
Eccl. ij. Ve peccatori ingredienti terrā duabus vijs:
cum illo de quo Ioan. viij. In veritate nō stetit: quia
nō est veritas in eo. ¶ Circa ad tertiā partem huius
articuli. Turpe est christianis in veritate superari a sa-
racenis. Sed ꝓdicti supanᷣ: primo ab Aristotele qui
primo ethicorꝫ. c. vij. oīū familiaritati prefert veritatē:
quia licet Plato eiꝰ esset amicus: ꝛ fuisset magister: ve-
ritatem tamē ei pretulit ipsum redarguēdo: asserens ꝙ
duobus existētibꝰ amicis: scilicet Platone ꝛ veritate:
maior amica est veritas. Esdre etiā. ij. c. iiij. dixerūt oēs
tam iudei ꝙ̄ gentiles ꝙ sup oīa vincit veritas.
¶ Sed nō sic inter falsos christianos. De quibꝰ verifi- Arti. v.
catᷣ illud Dan. viij. Prosternetᷣ veritas in terrā: inter
quos veritas regnat apparens ꝛ nō existens. Ad quo- 11
rum confusionē ꝛ falsitatis ostensionē tria sunt osten-
denda. Primo que sit veritas apparens: ꝛ nō existens.
Secūdo quibus rebus tales assimilanᷣ. Tertio quid
de eis congrue dici poterit. ¶ Circa ad primū: oēs
illi veritatē habent tn̄ apparentē: de quibꝰ pretactū est
ā. c. c. vij. qui scꝫ veritatē tn̄ in ore habent ꝛ nō in ope-
re: sed malicias mltas in opere sub veritate oris abscō-
dunt: quibus credendū esset: si opera cōcordarent cum
verbis: quia dicit philosophꝰ. x. ethicorꝫ. c. j. ꝙ sermo-
nibus conueniētibꝰ operibꝰ creditᷣ: si aūt nō conueniant
non creditᷣ. Et ponit exemplū de illo: qui dicit delecta-
tionem nō esse bonā: in qua tamē ipsemet delectatur.
Talis nāꝙ ꝰm philosophū in operādo qd̄ ore repro-
bat dictū propriū interemit: ꝛ magis prouocat audito-
res ad faciendū idē exemplo ꝙ̄ retrahat verbo. Cuiꝰ
causam reddit: quia vnusquisꝙ magis eligit illud qd̄
docetᷣ ꝛ videtᷣ esse bonū in particulari et in speciali: qꝛ
licet bonū vniuersale sit diuinius: tamē hoīes precli-
gunt speciale. Sed illud qd̄ ostenditᷣ ope: videtᷣ esse ab
operante electū: tanꝙ̄ magis eligendū in speciali cum
actiones sint magis circa singularia ꝙ̄ sermones. Vi-
dentes ꝰ vnū delectationē ore ꝯdemnare: ꝛ actu illam
eligere: potius sequunᷣ exēpla: sermones reputātes in-
anes: qꝛ actiōes sunt singulariū: ꝓpter qd̄ signāter di-
cit aplūs Eph. iiij. Veritatē facientes ꝛ nō tn̄ loquētes:
in veritate crescamꝰ. Et. j. Ioā. iij. Nō diligamꝰ vbo
neꝙ lingua: sꝫ ope ꝛ veritate: qꝛ. j. Ioā. j. Si dixerimꝰ
ꝙ cum illo societatē habemꝰ: ꝛ in tenebris ambulamꝰ
mentimur ꝛ veritatē nō facimꝰ. ¶ Circa ad secūdaꝫ 12
partē huiꝰ articuli: dn̄i tales veritatē libēter legūt ꝛ lo-
quunᷣ: sunt similes ociosis lectoribꝰ antiquorꝫ gestorꝫ
que dicunt nō faciunt: sicut est de bellis ꝛc̄. Iterū siles
sunt illis: qui cū mimo libenter loquunᷣ: cuiꝰ tn̄ socie-
tatē nolunt: quando de arduis negocijs tractant ꝛc̄.
Sic isti ꝛc̄. Et dn̄i veridicos: iudices: ꝓdicatores: con-
fessores: in collocutionibꝰ priuatis cōmendant: ꝛ tamē
de veritatis iudicio vel dicto offendunᷣ. Assimilanᷣ
primo illis socijs. A. xxvj. 15. Secūdo assimilanᷣ cui- Exē
dam: de quo ferᷣ: ꝙ quendā hospitio recepit extraneū:
qui asserebat: ꝙ ideo fuit vagabundus: ꝛ ab oībus de
patria sua eiectus: quia oībus dixit veritatē. Cui il-
le: propter illam causam ego plus diligo ꝛ libentius te
recipiam: venias ad domū meam ꝛ maneas mecū. In
qua domo cum iuxta ignem cum alijs sederet: dixit ei
dominus domus: dicas nobis aliquā de oībus ve-
ritatibus tuis: qui considerans: ꝙ ipse ꝛ vxor ꝛ catus
erant monoculi: ait: vos tres non habetis nisi tres ocu-
los: ꝛ dominus quasi insaniēs ipsum statim de domo
eiecit. Sic illi qui dicūt Sap. ij. Videamꝰ si veri sint
sermones eius. Et infra. Contumelia ꝛ tormento in-
terrogemus eum. Quos reꝑhendit aplūs ad Gal. iij.
Quis vos fascinauit non obedire veritati? Potest etiā
predictū exemplū esse cōtra eos: qui veritatē loquun-
tur vel predicant impertinentē vel modo incōueniēti:
contra quos. ij. Timoth. ij. Seruum aūt domini non
oportet litigare: sed mansuetū esse ad oēs: docibilem
patientem cum modestia corripientē eos qui resistunt
veritati. ¶ Circa ad tertiam partem huius articuli: 13
predictis: ꝛ specialiter illis: qui veraciter loquuntur et

fallaciter operant᷑:cõgrue dici potest ad modum: quo
quidam dixisse fertur de iudicibus ꝛ assessoribus ꝛ ad-
uocatis curie christianitatis. Ipse nanq̃ obloquenti et
cõquerenti de hoc: ꝙ iusticiã in illa obtinere nõ potuit
vt voluit:alius ipsum reprehẽdit dicens: nõ dicas sic
amplius:quia curia christianitati est.id est.curia chri-
sti ꝛ sancte ecclesie. Cui ille:bene potest esse ꝙ curia sit
christiana:sed illi de curia sunt demones. Ita dici põt
legistis:qui legibꝫ suis abutunt᷑:dicẽtibus ꝙ leges ha-
bent veras ꝛ fideles. Et multis alijs dicentibꝰ se veri-
tatem dicere cum detrahunt: vel mala intentione lo-
quunt᷑. Leges quidẽ bone sunt: ꝛ vera verba: ꝛ christi
sunt:sed opera ꝛ loquentes sunt diaboli:habentes for-
mam sciẽtie ꝛ veritatis in lege:ad Roma.ij.ꝛ nõ ma-
teriam nec veritatem.

Arti.vj. ¶ Propter qꝺ sicut dicit᷑ in Ps̃.xj. Diminute sunt ve-
ritates a filijs hominũ:intũ ꝙ nunc pro magna parte
14 verificatur fabula:qua fingitur: ꝙ quatuor socijs: sci-
licet igne vento aqua ꝛ veritate simul existentibꝫ: et se
diuidere ad ꝓpria volentibꝫ:loquentibus insuꝑ ꝛ que-
rentibus vbi quilibet iterũ inuenire posset: quãdo in-
digerẽt. Ignis in silice: ventus in folijs tremuli: aqua
iuxta radicem iuncoꝝ fatebatur se posse cõmuniter in-
ueniri: veritas ṽo fatebat᷑ ꝙ nesciuit vbi inueniri pos-
sit. Et vix adhuc scitur:iuxta illud Osee.iiij. Non est
15 veritas:nõ est misericordia:nõ est scientia dei in terra.
Et causa in parte patet.f.j.arti.ij. ¶ Et hoc ad damnũ
multoꝝ frequenter: ꝛ specialiter ostenditur in curijs ꝛ
palacijs:in quibus potius ad dona respiciũt: q̃ʒ ad ve-
ritatem. Et ideo sicut dicit᷑.j.Machab.vij. Veritas ꝛ
iudicium nõ est in eis: in quo faciunt veritatẽ peioris
conditionis ꝛ minoris reputationis: q̃ʒ falsitatem vel
quẽcunq̃ hominẽ: quia cuʒ pro omni homine qui plus
dat vel plus nocere potest loquant᷑: ꝛ tamen hoc ꝓ ve-
ritate facere nolunt:nam veritas plus dat. Nam quic-
quid boni habent nature fortune ꝛ gratie: totũ ab illo
habent:qui est veritas:qui dicit Joan.xiiij. Ego sum
via: veritas ꝛ vita: ꝛ sic plura dat ꝛc̃. tamen pro illius
parte esse nolunt: quia dona falsitatis vident᷑ eis ma-
gis recentia: ideo a veritate exciderunt.ij.Timoth.ij.
Plus etiam nocere potest: quia potest: ꝛ vult aduersa-
rios suos mittere in gehennã: qui non acquieuerunt
veritati:ad Roma.ij.

V.ij. Verba dei debent habere
pronũciatores ꝛ auditores. Ex parte ergo ꝓ-
nunciantis. Primo ostendet᷑ quãta sit ꝓnunciandi ne-
cessitas: ꝛ cum quãta loqui debeat audacia. Secundo
pronũciationis frequentia. Tertio ex parte auditorũ
humilis auditio: ꝛ tam loquentiũ q̃ʒ verboꝝ honora-
tio. Quarto ex parte vtriusq̃ʒ impletionis ostendet᷑ ne-
cessitas. Quinto verboꝝ dubioꝝ legis interp̃tatio.

Arti.j. ¶ Primũ patet per Crisostomũ:in impfecto:suꝑ illud
Math.xiij. Cum gaudio susceperũt verbũ: homel᷑.lij.
1 Qui inquit semen accipit ꝛ optimo tp̃e nõ seminat: se-
men perdit: ꝛ dñõ de damno tenet᷑: ergo non est equũ
nec securũ nos derelinquere verbũ dei ꝛ vacare men-
sibus Act.vj. Ergo sicut dicit᷑ Esa.lix. Spiritus meꝰ
qui est in te et verba mea que posui in ore tuo nõ rece-
dant de ore tuo. Sed illa audacter pronuncia: q꞉ sunt
verba dei. Si enĩ nuncij regis solennes in regno suo ꝛ
in p̃sentia eius: p̃cepta sua audacter ꝓnunciant absq̃ʒ
timore: quãtomagis tu: qui ad hoc in ecclia es nunciꝰ
et clamator deputatus: ergo ne timeas a facie eorũ: q꞉
ego tecũ sum dicit dñs: ecce dedi verba mea in ore tuo
Hieremie.j. Nota.P.xij.32. In quo etiam ostendit᷑

vbi dei autoritas ꝛ credibilitas. Si enĩ bulla pape ma-
gne sit autoritatĩ ꝛ credibilitatis: quãtomagis ṽba dei
verissima: que nullo modo falsa esse possunt: q꞉ sunt a
prima veritate q̃ essentialiter est veritas: que dicit Jo-
an.xiiij. Ego sum via veritas: ꝛ ideo sermo tuus veri-
2 tas est Joan.xvij. ¶ Qꝫ tamẽ nõ semꝑ sit tante autori-
tatis ꝛ efficacie ꝛ credibilitatis sicut esse deberet: qñq̃ʒ
est ex defectu pronũciantis: qñq̃ʒ ex defectu audientis.
Verbũ nanq̃ʒ dei se habet ad modũ gladij: de quo ad
Heb.iiij. Viuus est enĩ sermo dei ꝛ efficax ꝛ penetra-
vt hereditatē terrenam eis legatam haberent:dicētes.
Hic est heres:venite occidamus eum:⁊ nostra erit he
reditas. Marci.xij. Ad literā:ipsum occidere procu-
rauerūt:vt terrā illam possidere possent dicentes. Ne
forte veniant Romani et tollant nostrum locū ⁊ gen-
tem. Joh.xj. Christus vo qui nos amicos acquisierat
de quibus Joh.xv. Vos amici mei estis:si feceritis que
precipio vobis:illorū iudeorum qui antiquit⁹ fuerūt
populus peculiaris:videns maliciam:opere adimple
uit qd̄ per ꝓphetas promisit. Baruch.ij. Statuā eis
testamentū sempiternū.i.populi iudaici:qui aliquando fuit
seruus:sicut ad oculum patet corporalem: cītrum ad
terram terrene ꝓmissionis:de qua exclusi cernunt̄ : et
ad oculum spūalem cītrum ad terram ꝓmissiōis eter-
ne:de qua exclusi credunt̄. Et sic patet illud Eccl. xvj
Longe est testamentum a quibusdam. Istis vo sic ex-
clusis:christianos heredes instituit in sanguine testa-
menti eterni. Heb.xiij. Et Heb.ix. Hic est sanguis
testamēti qd̄ mandauit ad vos deus. Et sic patet q̄re
per nouū testamentū finis legis est christus. Roma.x.
6 Secundo hec necessitas ostēditur per exemplū in an-
tiquis mundi legibus:in quibus inuenit̄ : ꝙ si mater
duobus filijs heredib⁹ in testamento institutis:tertio
postmodum suscepto si testamentū nō mutet:illū etiā
instituēdo cū superuiuat ⁊ illum instituere posset: ille
cū duobus alijs hereditatē vendicare nō potest : sicut
patet. C.li.iij.ti.de inofficioso testamento. l. si mater.
Verba aūt legis sunt hec. Si mater duobus filijs he-
redibus institutis:tertio post testamentū suscepto: cū
mutare illud testamentū potuisset: ⁊ hoc facere negle-
xisset:merito vt non iustis rationibus neglectus de in-
officioso testamento querelam instituere poterat : hec
ibi. Istam vo vltimā clausulam si intelligere vis: ne-
glectus scilicet tertius filius nō iustis rationib⁹ de in-
officioso testamēto querelam instituere poterat. Na-
turam vo et conditionem illius tituli:vide. V.xij.z.
Applicando ad ꝓpositum deus qui maternū ad nos
gerit affectum:duos filios heredes instituit.id est.ele-
ctos de gentilitate:per testamentū legis nature: et ele-
ctos de iudaismo per testamentū legis Moysi. Hec
enī sunt duo testamēta:vnū in monte Sina. Gal.iiij.
Ad literam testamentū scriptum:datum fuit in mōte
sina. Aliud vo quia non scriptū certo loco:sed potius
cordibus erat insertum:nō potest cōgrue quo ad locū
scripture determinari. Tertium vo filiū postea adept⁹
est:populum videlicet christianitatis:pro quo si testa-
mentū non renouasset:a petitione celestis hereditatis
ꝑ rationē legis predicte exclusus fuisset: ⁊ ideo christ⁹
noui testamenti mediator est: vt morte intercedente in
redemptionē earū preuaricationū que erāt sub priori
testamento repromissionem accipiant qui vocati sunt
eterni hereditatis. Heb.ix. Testamentum meum fi-
delem ipsi:in ps̄. Et sempiternū: quia cum omnibus
membris christianitatis christus manet in eternum.
7 Joh.xij. ¶ Circa ad secundā partem hui⁹ articuli
huius testamenti:vtilitas est quadruplex : que quidē
vtilitas in predicta includitur auctoritate:qua dicitur
j.Cor.xj. Nouum testamentū est in meo sanguine.
Primo enī allicit iocunditate delectabili : in hoc ꝙ est
nouum. Secundo certificat veritate infallibili in hoc
ꝙ dicit testamentū. Tertio humiliat reuerentia:ineffa
bili meo. Quarto ꝑficit virtute inuincibili in sangui-
ne. Primū patet:quia noua placent et si sint noua et
meliora ꝙ̄ antiqua plus amorē alliciunt: sed sic est de
nouo testamēto ergo ⁊c̄. Minor probatur:q: antiquū
testamentū fuit imperfectū:sicut patet per exemplū et
rationē legis ciuilis.ff.de testa.l.si is qui testamentū.
Casus est. Aliquis voluit plus in testamēto facere he
redes:de quibus duos nominauit : et postea obmu-
tuit:querit lex vtrū nominati ex illo testamento sint he
redes futuri: ⁊ respondet ꝙ non:quia lex ait cū magis
cepisse testamentū facere q̄ȝ fecisse: sicut expresse patet
in inforciato.li.iiij.ti.j.de testa.l.ꝓallegata. Sȝ si post-
q̄ȝ ad tempus siluit oēs nuncupet quos vult heredes
ordinare tāq̄ȝ ex testamēto ꝑfecto ⁊c̄.pri⁹ nūcupati he-
reditatē cōsequunt̄. Sic in ꝓposito deus incepit facere
testamentū suū: quando dedit legem nature et legem
scriptam:et vtrosq̄ȝ heredes instituit: populū gentilē
in testamento pacis. Eccl.xlv. Statuit illi testamentū
pacis:qn̄ dixit:hoc facias alteri qd̄ tibi vis fieri: et qd̄
nō vis tibi fieri non facias alteri: hoc nanq̄ȝ congrue
tenēt. Populum vo iudaicū in testamēto sacerdotij ꝑ
sanguinem hircorū et vitulorū.j. Machab. ij. accepit
testamentū sacerdotij. Sed istis sic inscriptis: tertium
filium nō nuncupauit anteq̄ȝ in terris christus appa-
rens heredem inscripsit ꝓplm christianum in testamē-
to euangelij qd̄ morte sua confirmauit:quia vbi testa-
mentum est mors necesse est vt intercedat testatoris.
Heb.ix. Et ideo toto illo medio tempore illi duo filij
hereditatem celestem vendicare non poterant virtute
testamenti imperfecti: ꝓpter qd̄ dolentes et vltimi filij
nominationē et testamenti confirmationē anxie desi-
derantes ⁊ petētes dixerunt. Respice in testamentum
tuū:et animas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē:
in ps̄. Et ne dissipes testamentū tuū. Dan.iij.sed con-
firma sententiā et scribe decretū. Dan.vj. Ad quorū
gemitū excitatus:iuxta illud ps̄.ꝓpter miseriam inopū
⁊ gemitum pauperū:nunc exurgam:tertium filium ⁊
testamentū suū cōfirmauit sup caput eius Eccl.xliiij.
Secūdo idem nouū testamētū certificat nos veritate 8
infallibili:cītrum ad omnia contēta in testamēto euan
gelij. Pro quo est aduertendū ꝙ nō omnis ordinatio
est testamentū perfectū:cui tāq̄ȝ veritati est credendū
vel fides adhibenda:sed illud qd̄ est signatū et ꝓbatū
Nam testamentū sm̄ leges scriptura signari debet: in
inforciato.li.iiij.ti.de testa.l.testamentū:in fine: vbi sic
signatas tabulas accipi oportet ⁊ testib⁹ probari:sicut
patet etiam ibidem.l.vj.testamentum. Has vo duas
cōditiones habuit excellentius nouū testamentum q̄
vetus vel quecūq̄ȝ bulla papalis vel charta imperia-
lis:quia vetus fuit signatū sanguine hircorum et vi-
tulorū:bulle vo papales signate sunt plumbo: ⁊ chor-
da quandoq̄ȝ de serico pendente. Istud vo testamentū
signatum est sanguine christi et corpore eius in cruce
pendente. Propter quod Heb.ix. Christus autē assi-
stens pontifex futurorum bonorum perampliꝰ ⁊ ꝑ-
fectius ⁊c̄. In secunda etiam conditione preualet: q̄a
in confectione testamenti veteris nullū legimus testē:
nisi solum Moysen interfuisse. Nam de illo solo di-
citur Exodi.xix. Vocauit dominus Moysen in ca-
cumine montis. Et Exodi.xxxiiij. Fuitq̄ȝ ibi cum do-
mino quadraginta dies et quadraginta noctes : panē
non comedit et aquam non bibit:et scripsit in tabulis
vba federē decē. Et sequit̄. Cū descēdisset Moyses de
mōte:tenebat tabulas testimonij ⁊c̄. In confectione
vo testamenti euangelij quod conficiebat̄ in nocte ce-

ne dominice quando dixit. Nouum testamentum est
in meo sanguine. Nam nocte testamētum signari pōt
ff. de testamentis. l. ad testamētū. §. posse: duodecim ha
buit testes: quibus ⁊ dixit Actuum primo. Eritis mi
bi testes quibus ⁊ dixit Actuū primo. Eritis mihi te
stes quorum duorum testium illud scripserunt Ma
theus videlicet ⁊ Joannes. Nam sicut notarius pape
ad maiorem certitudinem nomen vel signa sua ponit
in fine instrumenti ⁊ testamenti ab eo scripti. Ita Jo
annes in fine testamenti euangelici dicens. Hic est di
scipulus ille qui testimoniū perhibet de his ⁊ scripsit
hec. Si quis obijcere velit ꝙ tabellio vel notarius qui
testamentum scripsit testis eiusdem testamenti esse nō
possit. Lex reprobat illam obiectionem friuolam: sicut
patet. ff. de testamētis ⁊ est in inforciato. li. iiij. l. domi
cius vbi domicius labeo: quesiuit a quodam legis cō
ditore qui vocabatur iubentius celsus questionē hanc
formam habentem cum salutatione precedenti. Domi
cius labeo celso suo salutem. Queritur an testium nu
mero habendus sit his qui rogatꝰ est ad testamētum
scribendum: idem quoqꝫ cū tabulas scripsisset signaue
rat. Cui rescripsit in hunc modū. Jubentius celsus la
beoni suo salutem. Aut non intelligo q̇d sit de quo me
consulis aut valde stulta est consultatio tua: plus em̄
ꝙ ridiculum est dubitare an aliquis iure testis adhibi
tus iure sit qm̄ idem tabulas testamenti scripserit: hec
ibi de verbo ad verbū in textu. Patet ergo ꝙ tā Ma
theus ꝙ etiam Joannes testis esse potuit: ⁊ scimus ꝙ
verum est testimoniū eius Joan. vlti. quia melioris et
verioris testamenti sponsor est Heb. vij. Nota. L. iiij
9 3. Tertio istud testamentum deberet nos ad humilita
tis obsequia inclinare ꝓpter reuerentiam testatoris et
testiū. In veteris em̄ testamēti ꝯfectiōe nō fuit nisi deꝰ
in diuinitate sua ⁊ Moyses. In factione vō noui te
stamenti fuit deus in deitate et humanitate et duode
cim testes: quibus maiorꝰ excellentior et amplior de
betur reuerentia ⁊ humilitatis exhibitio ⁊ fidei adhe
sio: quia sic dicitur ad Heb. octauo. Non ꝺm testa
mentum quod dedi patribus hoc testamentū dispo
nam domui israel: ꝫ excellētiꝰ et cū maiori solennitate
⁊ certitudine ⁊ societate vt ꝓdictū est. Si q̇s vō cōtra
ꝓdicta obijcere velit ꝙ ad testamemētū dei non requi
rit tanta testiū vel alterius solennitatis obseruantia.
Nam lex eximit impatorem a iuris solennitatibꝰ vt li
cet illas non obseruet in testamēto suo tamē nemo po
test illud infirmare sicut pꝫ. C. lj. vi. ti. de testamētis.
l. ex impfecto: ⁊ in. ff. veteri. li. iiij. ti. de arbitrijs. l. nam
magistratꝰ. A fortiori ergo summo impatori deo can
dem oportet tribuere libertatem. Respondetꝰ ꝙ chris
qui nō venit legem soluere sed adimplere, sicut voluit
legis Mosaice cerimonias implere: sicut patet de cir
cūcisione et hmōi. Ita etiā voluit legis ciuilis implere
solennitatē q̄ꝫtum ad significationē: ꝓbationē ⁊ testiū
ꝓductionē: eo modo quo predictum est: vt alijs impe
ratoribus regibus et principibus daret exemplum le
ges tenendi: quas ipsi condūt vel alij imperatores cō
diderūt. Nam ad hoc obligantꝰ: nō tm̄ exēplo christi:
sed etiā ꝓprijs legibus: sicut patet primo. C. li. vj. ti. de
testamētis. l. ex imperfecto: vbi dicitꝰ. Et nihil tam ꝓ
prium imperij est q̄ꝫ legibus viuere. Secundo idē pꝫ
C. li. j. ti. de legibus et cōstitutionibꝰ. l. digna vox: vbi
sic dicitur. Digna vox est maiestati regnantis legibus
alligatis se principem profiteri. Sequitur parū infra.
Et reuera maius imperio est submittere legibus prin
cipatum: sub audi ꝺm glo. q̄ꝫ econuerso leges princi
patui. Et causam reddit dicens. Maior inquit est ho
nor et maior cōuenientia cum imperium sit de fortuna
Vnde dicitꝰ cuilibet. Si fortuna volet: fiet de rhetore
consul. Si volet hec eadem fiet de consule rhetor. At
leges diuino nutu sunt ꝓbate: vt infra de ꝓscriptione
longi temporis. l. fi. hec ibi in glo. Arguit enim ꝙ con
uenientius est ꝙ illud est a fortuna: sic sub illo sigillo
qđ est a diuino nutu: vt patet per legem allegatā que
est. C. li. vij. ergo ⁊c̄. Sequitur in textu ꝙ nobis licere
nō patimur: iudicamus. glo. successori nostro non li
cere. Ex quibus patet ꝙ omnia imperia et regna et im
peratores et reges legibus: et non ab vsu vel ꝓpria vo
luntate deberent gubernari: qđ est multum contra di
los. C. viij. arti. v. Quorum periculum patet ex lege ⁊
iudicio dei Sap̄. vj. Audite inquit reges ⁊ intelligite.
Et infra. Non custoditis legē iusticie: scilicet horrēde
et cito apparebit vobis iudicium durissimū: ab illo de
quo Lu. xxiij. Hunc inuenimus dicētem se christum
regem esse. Quarto istud testamentum christi est ma 10
ioris virtutis et perfectionis. Pro quo est aduertendū
ꝙ talis est differētia inter testamentū Moysi et christi
qualis est in iure ciuili inter codicillos et legitimū te
stamentum: quia sicut inter ista inuenitur differentia
vna q̄ꝫtum ad solennitatem que attēditur in hoc ꝙ co
dicillus fit cum quinqꝫ testibus: testamentum cū. vij.
C. li. vij. ti. de codicillis. l. vlti. §. in oībꝰ autem vltimis
voluntatibꝰ: alia q̄ꝫtum ad effectum seu perfectionē: q̇a
iure codicilli nullus hereditatem consequitꝰ. C. li. vj.
ti. de codicillis. l. hereditatem: vbi sic dicitur. Heredi
tatem quidē neqꝫ dari neqꝫ adimi codicillis posse ma
nifestum est. Sic in factione veteris testamēti: nō fuit
tanta testiū solennitas: sicut patet. s̄. eodem. c. viij. nec
tanta virtus vel efficacia: quia per istud nullus here
ditatem consequi potuit: quia sicut ostensum. s̄. eo. c.
vij. illud testamentum imperfectum fuit: et ꝺm iuris
equitatem nullus ex testamento imperfecto heredita
tem acquirit. C. li. vj. de testamentis. l. ex imperfecto:
vbi sic habetur. Ex imperfecto testamēto nec impera
torem hereditatem vendicare sepe constitutū est. Que
omnia legi diuine conformantur q̄ꝫtum ad hoc ꝙ per
legem Moysi nullus hereditatem consequi potuit pa
radisi: quia nullum ad perfectū ducebat lex. Heb. iiij.
Nec mirum: quia testator eius deus fuit: qui mori nō
potuit: et ideo legatarij tali testamento nō ditabantur
quia sicut habetur Heb. ix. vbi testamētum est: mors
necesse est: vt intercedat testatoris: sed in testamento
christi: testator mortuꝰ fuit: et ideo tanq̄ꝫ ex testamento
perfecto et confirmato legatarij hereditatem cōseque
bantur: quia sicut dicitur Heb. ix. Testamentum in
mortuis confirmatum est. Ex omnibus istis patet ꝙ
Christus sicut dicitur Heb. viij. Melioris testamen
ti mediator est: quia in melioribus repromissionibus
sancitum est: et sic super domum israel et super domū
iuda testamentum nouum. Heb. viij. ¶ Ex qua au 11
toritate elicitur ratio querendi: quare dicitur nouum
testamentum. Quantum ad tertiam partem huius ar
ticuli est aduertendum: ꝙ multis de causis potest dici
nouum. Primo propter nouas ordinationes. In pri
ori enim erat scriptum. Oculum pro oculo. In isto.
Si quis percusserit te in vna maxilla: prebe ei alteram
In illo. Diliges amicum et odio habebis inimicum.
In isto. Diligite inimicos vestros benefacite his qui
vos oderunt. Matthei quinto. Sic ergo patet ꝙ in
priori erant leges austeritatis et timoris et seruitutis:
propter quod Gallatas quarto. Hec enim sunt duo
testamenta. Vnum quidem in monte Sinai in serui
tutem generans: ad litteram. Testamentum illud

factum fuit in monte synai: ⁊ adhuc per totum mūdū
seruit cū filijs. Illa aūt q̄ sursum est. i. lex christi libera
est: q̄ libertate christ⁹ nos liberauit. Si q̄ras: qn̄ ⁊ quō
nos sic liberauit. Rn̄det: ꝙ ꝯdēdo nouū testamētū: et
in illo nos instituendo heredes regni celestis nos libe-
rauit a seruitute legis antique ⁊ peccati. Hoc em̄ ostē
dit̄ p exēplū antiquoꝝ sapiētū: q̄ senserūt: ⁊ deciderūt:
ꝙ eo ip̄o ꝙ q̄s seruū instituit heredē: ꝯsequit̄ libertatē
sic expresse pꝫ. C. li. vj. ti. de necessarijs seruis heredibꝰ
instituēdis. l. cū seruū. Casus est iste. Quis sciēs aliq̄s
esse seruos: ip̄os tāq̄ liberos heredes ordinat: cū aliter
nobilis hereditatis dn̄m hr̄e nō possent: nec eo vt dn̄o
vti nisi essent liberi: dicit lex ea scriptura benigna inter
p̄tatiōe ꝓinde habēda est: ac si liberi ⁊ heredes institu
ti fuissent. Sic in ꝓposito de deo qui ordinauit nos h̄u
sauit ꝓ tūc esse seruos legis ⁊ peccati. Heredes quidē
dei coheredes aūt christi. Roma. viij. q: illā hereditas-
tem nobilē sine libertate ꝯsequi non potuimus: ex hoc
ip̄e nos a seruitute legis liberauit ⁊ sic christ⁹ nos rede
12 mit de maledicto legis. Gal'. iij. ¶ Secundo ꝓp̄t nouū
modū scribēdi. Antiquū em̄ testamētū scriptū erat in
tabul' lapideis. Istud v̄o in carnis christi clauis ⁊ fla-
gellis tortoꝝ. Eccl'. xliiij. In carne ei⁹ fecit stare testamē
tū. Nota ad hoc legē. D. iiij. 15. Heb. x. Hoc est testa
mētū qd̄ testabor ad eos: dabo leges meas: supple scri-
ptas in carne mea: in corda eoꝝ p fidem ⁊ amorē. Ter
tio ꝓpter nouū ius consequendi hereditatem per chri-
sti mortē. Et per quem modū hoc fiat potestis videre
per exemplū rationis antiquoꝝ. Pro quo est sciēdum
ꝙ pater filium pupillum heredem instituēdo: ⁊ ei ser-
uum substituēdo: sic videlicet ꝙ si filius moriatur: ser
uus ei succedat: filio mortuo: seruus succedit: sicut pa-
tet. C. li. vj. ti. de necessarijs seruis heredibus instituē-
dis. l. cum quidam vbi predicto casu posito: cum tamē
inter antiquos prudentes quondam de hoc magna fu
isset altercatio: in fine imperator decidit: dicēs. Sit ita
ꝙ viui pupillo liber ⁊ mortuo pupillo necessarius he-
res. Sic in proposito de deo patre ⁊ filio eius ⁊ nobis
si tamen necessarij serui fuerimus erimus heredes qui
dem dei: coheredes autem christi. Roma. viij. quia si-
cut dicitur. j. Coꝛ. iij. Nos christi sum⁹ heredes: chri-
13 stus autē dei. ¶ Quarto propter noua legata ⁊ nouos
dispensatores: ⁊ testamenti dei dispositores ⁊ diuiso-
res. Pro quo est aduertendum ꝙ christus moriēs nō
solum legauit nobis hereditatem sed etiam oīes act⁹
virtutum per quos hereditatem consequi possumus.
Nam de omnibus virtutibus intelligi voluit quod de
vna dixit. Pacem meam relinquo vobis. Iudeis v̄o
in veteri testamento p̄cepit pugnare ⁊ aduersarios gla
dio percutere. In nouo precepit gladiū in vagina po-
nere. Diuisorem autem hmōi legatorum principalem
voluit esse spiritum sanctū qui diuidit singulis. j. Coꝛ
xij. ⁊ secundarios p̄latos ⁊ aliorum rectores. Spirit⁹
v̄o sanctus ita legata diuidit. Nam vni datur sermo
sapientie: alteri gratia sanitatum: alteri ꝓphetia ⁊ sic de
alijs. Et in hoc se habet sicut virtus diuisiua in corpo-
re naturali que diuidit singulis membris situm ⁊ actū
ei conuenientem. Et hoc est quod ait ap'ls Roma. xij.
Corpus vnum est ⁊ membra habet multa christ⁹. Et
sicut inconueniēs esset ꝙ vnum membrū sitū vel actū
vendicaret auctoritate propria ꝙ natura diuisiua in-
creata vel creata non dedisset. Ita in proposito ꝙ aliis
quis intromittat se de officio vel operatione ad que nec
sp̄ūssanct⁹ nec p̄lat⁹ ip̄m tanq̄ dignū exponit vel ipsi
auctoritatē tribuit: sicut faciūt qui auctoritate propria
predicāt Roma. x. Quō p̄dicabūt nisi mittant̄: et qui
prophetizant vel de gratia sanitatum voluntate pro-
pria se intromittunt sicut sortilegi ⁊ sic de alijs: q̄ oīa
merent̄ totū amittere qd̄ sic vsurpāt per legem. C. lib.
vj. ti. de legatis. l. non est dubium: vbi habetur ꝙ lega
tarius tn̄ de sibi legatis amittere debet: q̄ntum propria
auctoritate subtraxit. Sic in ꝓposito propter qd̄ Heb̄
v. Nemo sibi sumat honorem sed qui vocatur a deo
tanq̄ Aaron: ⁊ tūc tenebit christus quod promisit di-
cens: neq̄ prophanabo id est frustrabo testamētū me-
um in psal'. Ergo dominū christum sanctificate in cor-
dibus vestris. j. Petri. iij. vt nec intētio vestra nec ope
ratio eius excedat voluntatē nec executoris ei⁹ sp̄ūssan
cti distributionē. ¶ Si v̄o aliter feceritis q̄ntū ad quar 14
tā partem huius articuli: de effectu testamenti tam le-
ge predicta q̄ etiam legibus sequentibus excludemini
Pro quo est aduertendum ꝙ antiquorum prudentiū
sententia fuit: sicut patet in. ff. j. in inforciato. li. v. ti. si
quis amisso causa testa. ⁊c̄. l. si quis sub cōditione vbi
habetur ꝙ si quis est sub conditione factus heres in te
stamento si per legatarium stet quo minus cōditio im-
pleatur hereditatem nō consequatur quia defecit in cō
ditiōe cui parere potuit si voluisset. Idem patet ꝑ aliā
legē. C. li. vj. ti. d̄ seruis necessarijs. l. filioli. In qua de
tali dicitur. Qui heres fuit institutus simpliciter ⁊ libe
ratti donatus sub conditione: si autem eam id est con-
ditionem neglexerit minimeq̄ compleuerit ⁊ liberta-
te eum ⁊ hereditate sua culpa volum⁹ defraudari. Sic
in proposito: nos habemus ius in hereditate celesti: si
tamen sicut dicitur Deut. xix. Si custodieris manda-
ta eius ⁊ feceris que ego precipio tibi hodie vt diligas
dominum deum tuum ⁊ ambules in vijs eius si istam
conditionem non impleuerimus totum ius amittim⁹
Exemplo angelorum cadentium ⁊ primorum paren-
tum qui pro defectu impletionis tacite conditiōis per
diderunt ius in hereditate paradisi celestis ⁊ terrestris:
quia non custodierunt testamentum dei ⁊ in lege eius
noluerunt ambulare: in psal'. Nota. L. iij. 5. ergo diui
sus est christus: absit. j. Corinth. primo. vt testamentū
non teneat vel legatum non soluat: sed ip̄i sunt diuisi
a christo ⁊ frustra nomen ꝑferunt christianitatis iterū
christū crucifigentes.
¶ Ad hoc ꝙ de effectu testamenti christi gaudeamus: Ar. iij.
oportet ꝙ vicem ⁊ gratitudinem expendamus ⁊ capa 15
ces eius testamēti efficiamur. Ad cuius intellectū tria
sunt dicenda. Primo ostenditur quid ei debeam⁹. Se
cundo ꝙ si hoc non reddimus: legatum reuocabitur.
Tertio ꝙ de tali reuocatione seu exheredatione null⁹
iuste conqueri potest. Q̄ntum ad primum. Primo de-
bemus ei fidem vt ipsum firmiter credamus quia nō
credentes in ipsum: non reputamus ipsum celi testa-
torem ⁊ sic testamentum eius impugnantes legato ca
rebimus: per legem. P. iiij. 27. Secundo ipsum dili-
gere ratione bonitatis sue: ⁊ ratione firmitatis proprie
quia sicut nullum instabile potest firmiter stabiliri ni
si firmo ⁊ stabili adhereat Ita nec nos nisi amore ei ad
hereamus qui stabilis manet: de quo Joannis duode
cimo. Christus manet in eternum. Ei ergo firmiter ad
herendum est: exemplo illorum qui dicūt Roma. viij.
Quis nos seperabit a charitate christi ⁊c̄. Tertio om-
nia opera nostra q̄ntum ad intentionem ⁊ operis exe-
cutionem sunt super ipsum fundanda: vt ipsius volū
tatem ⁊ gloriam in omnibus tanq̄ fundamentum sta
bile attendam⁹ q: fundamentū aliud nemo pōt pone
re p̄ter id qd̄ positum est quod est christ⁹ Jesus. primo
Coꝛ. tertio. Quarto ipsū predicare ⁊ multas animas
ei acquirere atq̄ opera virtuosa tanq̄ serui valeo qui

quicquid acquirunt: domino acquirunt. C. li. iiij. ti. p
quas personas nobis acquirit. l. j. Ita nos q̄ legatiōe
ꝓ christo fungimur. ij. Cor. v. Quicq̄d ꝑdicādo vl' be-
ne operando ⁊ viuendo acq̄rimꝰ: christo cuiꝰ serui sumꝰ
acquirimꝰ: vt q̄libet dicere possit illud. Gal. ij. Viuo
ego bene operando: iā nō ego: viuit vō in me christꝰ: cui
16 hoc acquiro: ⁊ ꝑ quē hec opa vite spūalis facio. ¶ Sz
ponamꝰ q̄ p̄latꝰ vel dñs terrenꝰ subdito suo p̄cipiat:
q̄ aliq̄d opeꝛ' ad eiꝰ vtilitatē: ⁊ ip̄e hoc faciendo inten-
dit honorē christi: cui acquirit illud opꝰ vel qui potꝰ
sit: certe ip̄i deo qui potius attēdit cordis intētionē q̄
opis executionē. Qd' vt meliꝰ videat' ponamꝰ casum
legis qui habet'. C. li. iiij. ti. p quas ꝑsonas nobis acq̄-
rit. l. si duo. Casus est iste. Duo seruū cōmunē habe-
ant: vnꝰ iussit q̄ aliquid sibi acquireret p alteriꝰ stipu-
lationē. i. ꝓmissionē: ip̄e vō seruus facit qd' alteri dño
illud ꝓmisit: dubiū fuit inter antiquos sapiētes: cui il-
lud acquirit' vel mittēti vel illi cui ꝓmisit: ⁊ determi-
nat' in lege p̄dicta q̄ in aliquo casu illi acquirit' lucrū:
qd' in hac accidit causa cuiꝰ mentionē seruus fecit sub
his vbis: multo eteni ampliꝰ opoꝛtet valere dñici no-
minis mentionē q̄ herilē iussionē. Sic in ꝓposito q̄tū
ad illos q̄ cōmunibꝰ opibꝰ suis mentionē in cordis in-
tentiōe faciunt de christo: q̄ dñm christū sanctificate in
17 cordibꝰ vr̄is. j. Pe. iij. Nota. L. j. f. ¶ Quinto oīa ter-
rena debemꝰ ꝓpt' christū ꝯtemnere: ⁊ in militia ad ip̄m
ꝑtinēte totaliter occupari: exēplo militū imperatoris: q̄bꝰ
p̄cipit lex. C. li. iiij. ti. locati. ⁊ ꝯducti. l. milites: dicens
Milites nr̄os alienarū rerū cōductores: aut fideiussos-
res: aut mādatores ꝯductoꝝ fieri ꝓhibemꝰ: ne omisso
armoꝝ vsu ad opꝰ terrestre se ꝯferāt: armis aūt ⁊ non
p̄uatis negocijs occupent': vt nieritis ⁊ signis suis iu-
giter inherētes: rē publicā a q̄ alunt' ab oīm bellatoꝝ
necessitate defendāt. Hec ibi. Q̄ntomagis nemo mili-
tans deo implicat se negocijs secularibꝫ. ij. Timoth. ij.
Sz heu sicut milites mūdi: de q̄bꝰ tactū est. H. iij. f.
nūc ad illa ꝯuertunt' facta nephanda: de q̄bꝰ dicit'. C.
li. iiij. ti. locati. ⁊ ꝯducti. Licet. Milites inq̄t inmemores
ad hmōi sordida audeāt venire mynisteria ⁊ relict' stu-
dijs publicis signisq̄ victricibꝰ ad ꝯductiōes alioꝝ re-
rū ꝓsilire: armoꝝ austeritatē non in hostes ostēdere: sꝫ
circa vicinos forsitan aduersus ip̄os miseros colonos
quos defendēdos susceperūt ꝯuertere. Sic de militibꝰ
christi fere oēs q̄ sua sunt q̄rūt et inique q̄ Jesu christi.
Phil. ij. multū ꝯ illiꝰ exēplū qui dicit Phil. iij. Oia ar-
bitratꝰ sum vt stercora: vt christū lucrifacerē. Et q̄ do-
cet. ij. Timoth. ij. Certa vt bonꝰ miles christi. Et ma-
gnā cōmittūt ingratitudinē ꝯ illū: de quo dicit Phil.
ij. Hoc eīm sentite in vobis: qd' in christo Jesu q̄ cū in
18 forma dei esset ⁊c̄. ¶ Propter qd' merētur dei legatum
amittere ꝑ legē que est. S. viij. 6. Nec mirū: q2 nomie
christi abutunt': ⁊ nomē christianitatis male portāt: di
cētes se esse christianos cū christianoꝝ opa nō faciant.
Et iste error plus in arte christianitat' q̄ in q̄cūq̄ alia
regnat. Nō me sꝫ Augustinū audite li. de vita christia.
c. vij. Quis inq̄t tā vanꝰ ⁊ miser est q̄ aduocatū se cum
lr̄as nesciat audeat ꝓfiteri: q̄s tā vaiꝰ ⁊ excors est vt ꝓ
fiteat' se militē cū arma gerere nesciat: nemo q̄ppe nomē
sine causa sortit': sutoꝛ vt ita dicam: necesse est vt calcia
mēta ꝯficiat: si vult vt talis vocet': aut faber: aut artifex
q̄libet artis peritus fac: vt de negocijs nūcupet'. Hmōi
exēplis agnoscimꝰ nullū sine actu nomē: sꝫ oīe nomē
ex actu. Tu vō quō christianꝰ diceris: in q̄ nullꝰ actus
christi apparet: certe ad dānationē tuā frustra tibi nomē
vendicas alienū. Si vō hoc negare velis: opibus cre-
dite: considerādo que sunt opera christi que enumerat
Augustinꝰ ibidem: p̄mittendo quid importet nomen
christiani? Christianꝰ inquit iusticie: bonitatis: integri
tatis: benignitatis: innocētie: patiētie: castitatis: pruden
tie: humilitatis: pietatis: est nomē. Quō ergo vendicat si
bi nomē christiani: qui de tam pluribꝰ rebꝰ nec paucas
habet. Si ergo velitis scire quis est verus christianꝰ: audi
te Augustinū ibidē. Christianꝰ inq̄t ille est: q̄ nō noīe
tm̄ sed in ope est christianꝰ: ille qui christū in oībꝰ imi-
tat': qui sanctꝰ innocens est: in cuiꝰ pectore malicia nō
habet locum: in cuius pectore sola pietas cōsistit ⁊ bo-
nitas: qui neminem nouit nocere vel ledere: sed omni-
bus opem ferre. Christianus ille est: qui exemplo chri-
sti nec inimicos nouit odire: sed magis aduersantibꝰ
sibi benefacere: ⁊ pro persecutoribꝰ suis ⁊ hostibꝰ exo-
rare. Nam qui aliquem ledere vel nocere paratus est: il-
le mentit' se esse christianū. Christianꝰ est qui potest iu-
sta voce dicere. Nemini nocui hominū iuste vixi cum
oībꝰ. Tm̄ ergo credamus illū christianū esse in quo
hec videmus: ⁊ nō qui se christianū dicit ⁊ hec non fa-
cit. Nam sicut signo seu sigillo sine verbis ⁊ non ver-
ba sine signo ⁊ fructui sine folijs ⁊ non folijs sine fru-
ctu. Ita operibꝰ ⁊ non verbis credite. Sic ergo luceat
lux vestra: vt videant opa vestra bona ⁊ ꝑ illa nos exi-
stimet homo vt ministros christi. j. Cor. iiij. Aliter le- 19
gatū reuocabit'. ¶ Q̄tū ad tertiā partē huius articuli
nullꝰ de legati reuocatiōe vel sua in testamento christi
exheredatiōe: nec vicꝫ saracenꝰ: nec iudeꝰ: nec malus
christianꝰ iuste ꝯqueri vel querelā inofficiosi testamē-
ti rationabiliter ꝓponere poterit. Primo q̄ non sarace-
nus patet ꝑ legē: quia si filia exheredata in testamento
patris eo q̄ impudice vixit: iuste non habet querelam.
Ergo a fortioꝛi: nec saraceni q̄ s̄m legem suam machos-
meti: impudicā ducūt vitā q̄tum ad vxores ⁊ cōcubi-
nas quas s̄m legem illoꝝ habent: sicut patet intuenti.
Alcoranū. Sed filia talis iustē non habet querelā: nec
aliquid de hereditate recuperat: ꝑ legem. C. li. iij. ti. de
inoffic. testa. l. si filiā. Ergo ⁊c̄. Cui cōcordat lex dei di-
cens Eph. v. Fornicatoꝛ aut immundꝰ nō habet here-
ditatem in regno christi. Secūdo q̄ nō iudea: patet: q2
iudea fuit mater christi q̄tum ad carnis ꝓpagationē:
⁊ inimica eius q̄tum ad moꝛtalem persecutionē: talis
vō mater nullam actionē inofficiosi testamenti contra
filium proponere potest: sicut patet. C. li. co. ti. l. liberi.
In qua talis est tenoꝛ. Siautem mater contra filij te-
stamentū inofficiosum actionem instituat: inquiri dili-
genter iubemus: vtrum filius natura ex iusta causa le-
sus: matrem nouissima leserit voluntate: q̄ nec luctuo-
sam ei ⁊ legitimam reliquerit portionem ex testamen-
to: si tamen mater inhonestis factis atq̄ indecentibus
machinationibꝫ filium forte obsedit: insidijsq̄ clande-
stinis vel manifest' apppetijt vel inimicis suas amicici-
as copulauit: atq̄ in alijs sic versata est: vt inimica eiꝰ
potius q̄ mater creditur: hoc probato inuita filij ac- 20
quiescat voluntati. ¶ Tertio nec malus christianꝰ per
legem eiusdē libri. ⁊ tituli: qui incipit: fratres. In quo
continetur q̄ heredes in testamento scripti exhereda-
ri poterūt ꝓpter malā vitā vel ingratitudinem sub his
verbis. Si scripti heredes infamie vl' turpitudinis vl'
leuis note macula aspergunt': vel liberti q̄ ꝑperā ⁊ nō
bene merētes: maximisq̄ beneficijs. Glo. i. maleficijs
suum patronum assecuti: instituti sunt. Sic in proposi
to de christianis qui post testamentum christi in quo
q̄ntū ex parte christi est sunt heredes instituti: gran-
dia committunt peccata ⁊ ingrati deo existunt: operi-
bus ip̄m negantes. Nam negatio christi non tm̄ fit
verbis sed etiam factis per Decretū sumptū ex verbis

Hieronymi.xj.q.iij.estimāt:sb tenore sequēti. Estimāt
quidā in eo tm̄ deū negare:si in psecutiōe quis a genti
bus cōphēsus se cōfiteri renuit christianū esse. Ecce
apl's oībus factis q̄ puersa sunt deū asserit negari: chri
stus sapiētia: est iusticia veritas: sanctitas: fortitudo ne
gat per insipientiā sapiētia: p iniquitatē iusticia: p mē
daciū veritas: per turpitudinē ꝛ libidinē sanctitas: p
imbecillitatē.i.impatientiā vel incōstantiā animi forti
tudo: quotienscūq3 vincimur vicijs deū negam⁹. Nec
arbitrandum est ī die iudicij: illos tm̄ a dei filio esse de
negandos: q̄ dicet. Nescio vos qui in martyrio chri
stū negauerūt: sed etiā oēs illos quoꝝ ope vel sermone
vel cogitatione christus negatus negat: vel confessus
confitet. Iuxta illud Luce.ix. Qui me erubuerit ꝛ ser
mones meos: hunc fili⁹ hoīs erubuerit: ei⁹ popul⁹ qui
eū negatur⁹ est. Nota legē predictis ꝯcordantē. S.v.
f. In qua ostēdit et quibo causis pater licite pōt exhe
reditare filiū. Nota etiā leges ad illud ꝓpositū. C.li.v.
ti. de repudijs.l.ꝯsensum.ꝛ.l.iubemus. Inter culpas
aūt vxoris in quibo ostendit: p quibo culpis vxor do
tem amittat: sicut p adulterio ꝛ alijs pctis ibi enumera
tis. Que quidē leges ꝓ tāto faciūt ad ꝓpositū: q sicut
mulier ꝓpter delictū cōmissum ꝯtra maritū mortalem
dotē amittit tpalē. Ita aīa q̄ est sponsa christi effecta in
susceptiōe baptismi ꝛ fidei christiani Osee.ij. Sponsa
bo te mihi in fide: delinquēs ꝯtra spōsum immortalē
dotes amittit corpis ꝛ aīe eternas: de quibo. R.vij. ar
ti.vj. Et ei fideliter adherēs: dotes illas habebit. Et
enī ista silitudo inter spōsum mortalē ꝛ immortalē sit
bona: ptz.j. Cor.xj. Viri inquit caput christus est: ca
put aūt mulieris vir. Et Eph.v. Vir caput est mulie
21 ris: sic christ⁹ est eccle. ¶ Sic ꝫ bona mulier post mor
tem mariti meret dotē. Ita etiā bona aīa post mortem
christi meret dotē hereditatis christi. Sicut quint⁹ fili
us quondā patris sui ꝓmeruit hereditatē. De illo nāq3
Exm̄ q patre tale exēpliū potentis excogitare. q habuit qn
q3 filios: quoꝝ ꝓbare voluit prudētiā animi: ꝛ affectio
nem volūtatis: vt sapiētiorē ꝛ rationabiliorē habentē
volūtatē: heredē instituerent: intelligensq3 q meli⁹ ad
huiōi rei veritatē deuenire posset p illoꝝ respōsiones:
ad aliquā bonā questionē ab eis quesitā: quia in talibo
respōsionibo frequēter tā intellect⁹ q̄ꝫ affect⁹ cōditio
manifestat. Ab eis ꝫ fil' ꝯgregatis q̄siuit: quā vitā in h
seculo mallēt ducere: posito q possent hīc oīa q̄ habe
re vellent: p via quā optarēt ꝛ pcepit singulis q dice
rent q̄d in hoc casu optarēt vl' desiderarent: ꝓmittens
ei qui meli⁹ diceret suā hereditatē. Prim⁹ dixit: q ipse
vellet aurū ꝛ argentū: quātū vellet expendere. Secū
dus dixit: q ipe mallet magnū terrarū dominiū. Ter
tius dixit: q maluit multos hīc amicos: ꝛ esse ab oībo
parentibo ꝛ vicinis dilect⁹. Quart⁹ dixit: q ipe in hoc
casu eligeret oīa hīc carni delectabilia ꝛ nil pati aduer
sitatis. Quint⁹ dixit q ipe maluit esse bene cū deo: ꝛ h
poti⁹ diligeret. Audistis responsiones: audite illoꝝ ra
23 tiones. Prim⁹ vidit qd̄ videt eis qui multos habent
denarios: q oīa cū illis hic pnt: adoptauit magnā ha
bere pecuniā: vt cū illa etiā bona haberet. Secund⁹ vi
dens q habētes thezauros: multi modis eos amittūt:
aliqui p furtū: aliqui p incendiū ignis: aliqui p maris
pericula: elegit bona habere immobilia tāq̄ꝫ magl' du
rabilia. Terti⁹ videns q tā prim⁹ q̄ꝫ secund⁹ amittere
possent ab eis desiderata: si paucos haberēt amicos: et
p multos inimicos: qꝛ prim⁹ p latrones: ꝛ secund⁹ per
falsos hoīes: oīa posset pdere: ꝛ q tunc nullū haberēt
refugiū: cogitans insup q meli⁹ esset p latronū ꝛ falso
rū amicitiā: sua q̄ habuit cōseruare: q̄ꝫ plura hīc ꝛ oīa
tpe q̄ amin⁹ vellet amittere: taliū elegit societatē. Quar
tus vidēs q oēs tres pdicti cū oīa haberent pdicta ab
eis desiderata: sil' cū hoc in casu pati possent aliq̄ carni
nociua: sicut infirmitatē: famē vl' sitim: ꝛ hmōi: ꝛ q pos
set multl' carere q̄ꝫ appetit inordinate: elegit oēs carnis
hīc delitias ad volūtatē ordinatā inordinātēr. Quin
tus vidēs: q oēs defecerūt in vno pūcto: qꝛ nec argētū
primi: nec diuitiū secūdi: eos liberare potuit in die mor
tis: q etiā oēs amici ei⁹ spreuerūt quēcūq3 int angusti
as mortl': sic ptz. A.xxj.6. Et q etiā oēs delitie finiunt
in pena: ꝛ q chr'is nō deficiet amicis suis: neq3 in h se
culo: neq3 in futuro: elegit p bonā vitā esse cū deo: ꝛ hu
ic pater adiudicauit hereditatē. Ista est pabola instan
tis tpis: nā de⁹ pater creatiōe multos hꝫ filios. Deut.
xxxij. Nōne ipe est pr̄ tu⁹ ꝛc̄. de q̄bo ille tm̄ q̄ bene ele
git ꝛ bene viuit suā hereditatē habebit. Inē qs tm̄ mul
ti pmo assimilant filio: qꝛ nimis capiūt aurū: argentū
ꝛ bona mobilia: sic mercatores ꝛ vsurarij: ꝛ muneꝝ re
ceptores q̄ multas pecunias colligūt et vsuri' ꝛ iniq̄ta
te; vidētes se oīa posse cū pecunia hīc circa istū mundū
cū muneribo ꝛ expensis ꝛ futurū cū elemosynis: ꝫ cō
ter in vtroq3 deficiūt: ꝛ illas ꝯ ꝓprias detinēt salutē: qꝛ
nec bn̄ acq̄sita in elemosynis largiunt in charitatiua: nec
male acq̄sita restituūt. Alij vidētes q tales frequenter
multl' modis talia amittūt cū secūdo filio emūt imobi
lia: sic ptz de mercatoribo ꝛ mal' ꝑquisitoribo ꝛ plaris q̄
talia sibi ꝛ suis emūt filijs ꝛ nepotibo. Sꝫ qꝛ sic empta
frequent emunt de pecunia vsuraria vl' aliter male ac
q̄sita: vel de pecunia eccle cū qua q̄cq̄d immobile emi
tur: eccle acq̄rit: fm iura ecclīastica q̄ volunt: q q̄cq̄d
emptū fuerit de pecunia eccle: ad ipam reuertat. xj.q.
iij.c.j.ꝛ.q.v. firū. ꝛ extra. de peculio clericoꝝ.c.j. talia a
ꝑquisitoribo vel a suis assignatis cito elabunt. Qd vi
dētes tā illi: q̄ꝫ alij malefactores q sine supportatoribo
nec diu viuere nec euadere pūt confusione sine amicis
ꝛ fautoribo nituntur amicos habere ꝛ fautores in malis
gnitate cū tertio filio. Et hac de causa magni domini
falsis patrie ductoribo: ꝛ ecōuerso: ꝛ latrones potētibo
amicitia copulant. Alij videntes q in oībo talibo mul
ta sunt tedia: sequētū pūt dant carnis desiderijs in oci
um gulā luxuriā: cū quarto filio. Alij videntes q oīa
ista finē habebūt in morte: ꝛ q oēs isti in puncto vno
deficiunt in hoc vicz q deo non conant placere: nec ti
ment vt deberēt sicut ostēsum est. F.iiij.27. cū ꝯcordā
tijs. Et etiā oībo pdictis deficiētibo deus non deficiet
oībo pdictis sprētis. deo p amorē ꝛ bonā vitā adherēt:
cū quinto filio: dicentes cū apl'o Phil.j. Mihi viuere
christ⁹. Et tales hereditatē habebūt Jesu chri dn̄i nr̄i:
ꝛ non alij: sicut videre potestis p finē pabole sequētis
que ad nr̄am doctrinā ostēdit rē possibilē que aliqn̄ cō
tingere potuit. ¶ De septē sapiētibo magni noīs quos 23
dn̄s illi⁹ terre ad se vocauit: vt sapientiā illoꝝ experire
tur: ꝛ ad hoc vt plenius de hoc informaret: a singulis
vnā q̄siuit questionē. A pmo q̄siuit: q̄d esset ab hoīb⁹
desiderandū de quo null⁹ content⁹ erat de pte sua. Qui
respōdit hoc esse veritatē. Quō vo hoc sit: potestis vi
dere in his que desiderantia: quādo aliquis debet mul
tis predicare: quia si quis habeat inimicū qui eū accu
sando: vel ei detrahēdo lesit: optat vel rogat q pdicet
contra tales veritatē dicendo. Sic ille qui mutuauit ei
qui non reddit die suo: rogat q predicet contra malos
debitores. Et ille debitor petit q pdicet ꝯtra vsurarios
qui chari⁹ vendūt: ꝓpt terminū: vel q̄ aliq̄d hic vult
pro mutuo: ꝛ sic de oībo alijs vicijs. Ille q̄ nō sentit
se culpabilē in tali vicio: qd̄ videt in alio sibi nociuū:
rogat: q veritas de h dicat. Vidistl' ꝫ ꝛ audistis quō

veritas ab oibus desideraē:sed reuera ille q̄ sentit se im-
munē in illa culpa:p qua vellet q̄ predicareē ꝯtra ali-
um:qn̄qꝫ in alia est culpabilis: dū tangiē murmurat.
Et sic patet q̄ qn̄ culpe omnium simul ponunē ꝛ ve-
ritas dicē:tam ꝯtra vnū q̄ ꝯtra aliū: null⁹ contentaē
de pte sua:sicut patet. A.xxvj.16. Et sic pz veritas re-
spōsionis istius:ꝛ tamē fatue faciunt:qi sicut quilibet
appeteret plus q̄ vuln⁹ in corpe ꝓprio sanareē q̄ alie-
no. Ita deberet de vulnere aīe desiderare. A secūdo q̄-
siuit:circa q̄d plus sollicitanē ꝛ expendunt hoīes q̄ est
magis contra cor in suo optimo esse ꝛ optima natura.
Qui respōdit:q̄ circa sciētiam ꝛ sapientiā. Et quō hic
sit videre potestis hoc modo qm̄ sciētis q̄ scientia artis
liberalis ꝑ qua homo honorari pōt:vel mechanice de
qua viuere pōt quo ad mūdū bona est indigēti:ꝛ om-
nes scire deberētis: q̄ viuere sm̄ legem dei est optima
scientia ꝛ sapientia:sine qua oēs alie in fine nihil vale-
bunt:ꝛ tamen videtis q̄ multi qui circa alias sciētias
laborant ꝛ expendūt:hanc sapientiā ꝛ sciētiā maxime
habent contra cor:sicut pz inductiue de supbis:iracū-
dis:auaris:gulosis:ociosis:luxuriosis:ꝛ de oibus aliqui-
bꝫ qd̄ hn̄t tm̄ ꝯtra cor:sicut peccatū derelinquere ꝛ viue-
re sm̄ legē dei:qi sapientiā atqꝫ doctrinā stulti despici-
24 unt. Prouerb.j. ¶ A tertio quesiuit. q̄ sit maior iniqui-
tas q̄ fit in terra? qui respōdit:male docere. Et cām as-
signauit:dicens. Si quis furaē:bona aufert exteriora:
si occidat corp⁹ destruit:sed si male docet q̄ quis luxu-
rieē vel malū quodcūqꝫ facit:aīam ꝯfundit:que meli-
or est q̄ bona exteriora:vel corp⁹:ꝛ sic talis peior est la-
trone ꝛ homicida ꝛ etiā cōbustore domorū ꝛ ecclīarū:
quia templū dei cōburit spūale:qd̄ meli⁹ ꝛ durabilius
est. ¶ A quarto quesiuit que fuit maior sapiētia quam
christ⁹ fecit nouā legē ecclīe nunciādo: qui respondit:
q̄ in hoc q̄ simplices ꝛ illiteratos elegit discipulos:
qꝛ si sapientes mundi vel diuites vel nobiles vel po-
tentes elegisset:inimici fidei infideles dixissent:q̄ tales
voluisset habuisse aplōs qui p potentiam vel par ētelā
vel sapientiā mundanā eis mundū subiugarūt:ꝛ non
25 p grām vl̄ virtutē fidei. ¶ A quinto quesiuit que esset
maior mondi stulticia? qui respōdit: q̄ quis sua ꝛ que
semper habere posset negligeret:ꝛ aliena ꝛ que necessa-
rio amitteret:diligēter curaret: ꝛ tamē in ista multi im-
plicati sunt:nā bona opa sua que secū portare possunt
negligunt:res vo mondiales que dei sunt de quibꝫ di-
strictā reddent compotū:nec illa secū ferre poterūt:di-
ligenter curant. Si ḡ scire vultis vtrū in ista fatuitate
sitis detenti:videte circa que plus cogitatis vel labora-
tis:vtrū sitis citius:diutius:ꝛ delectabilius in diebꝫ fe-
rialibꝫ circa ptinētia ad corpus vl̄ in diebꝫ festiuis cir-
ca ea que ptinent ad salutē animarū:vtrū ve plus festi-
natis carnem curare infirmā vel aīam:ꝛ si inueneritis
ita esse:q̄ sitis stultissimi certitudinaliter scire potestis.
¶ A sexto quesiuit qd̄ fuit maius mundi mirabile? re-
spōdit:q̄ hoc q̄ homo potius vult duci ab inimico ad
mortē:q̄ ab amico ad vitam. Cui dn̄s:qui dicunē ab
inimicis? Cui ille:mund⁹:caro:demonia:sunt inimici
quorꝫ mund⁹ duciē ad cupiditatē:caro ad accidiā:gu-
lam:luxuriam:demon ad supbiam:iram:ꝛ inuidiam.
Christus vo est amicus qui ducit ad oia cōtraria. Et
q̄ multi illos inimicos:ꝛ pauci amicū sequunē:opera
ostendunt ꝛ multitudo in nundinis in die festo:ꝛ pau-
citas in ecclīa. Horꝫ stulticia patet. O.iiij.3. Hume-
rus etiā peccantiū ꝛ tabernas:ꝛ alia mala frequentan-
tium:illud ostendit:de quibꝫ Ecclē.j. Stultorꝫ infini-
tus est numerus. Sed causa est:quia via inimicorū est
magis delectabilis:inexpertis: sed nolite cogitare per
quam viam:sed quo ducit. ¶ A septimo quesiuit quid 26
esset mundi certissimū? respōdit mors:sicut patet. M.
xj.24. ꝛ tamen de quo dolendū est:quasi omnes sic vi-
uunt ac si nunq̄ mori deberēt. Quod tamē est q̄ sicut
meli⁹ esset ei qui ligaē ad arborem:cui sagittaē:vbi vi-
deret ex oīi parte sagittātiū aliquos occidere se dispo-
nere statim ad mortem:q̄ cogitare q̄ longam vitā du-
ceret:ꝛ in illa spe multa mala interim facere. Ita nobꝫ
quia vita cuiuscunqꝫ nostrū est ligata ad corpus quasi
ad arborem quandā:de qua euadere non pōt ante per
mortis sagittas multos ex oīi parte occidere. Tales
ergo qui non cogitant sed viuunt quasi essent immor-
tales optime reprehendūē phi in psona Alexādri. M.
xj.86. Talibꝫ ergo non dabit deus hereditatem celi:
quia illam non desiderāt vt deberent: quos nūc flens
dico inimicos crucis christi Phil.iij. sed illos qui ve-
raciter dicere possunt cum aplō. Gal.ij. Viuo ego iā
non ego:viuit in me christus. ¶ Et q̄ omnes sic viuere 27
deberent:patet ex rōne responsionis prime questionis
sequentiū:ꝛ ex auctoritate apostoli omnes questiōes cō-
cludēte. Prima questio est: que sit liberior res mundi?
Responsio. H.iij.10. Secunda est: qd̄ membrorꝫ cor-
poris sit sumptuosius? Responsio. H.iij.13. Tertia:
quod est minus mirum mundi? Responsio. H.iij.
15. Quarta que sit vanior laus mundi? Responsio
H.iij.15.4. quid valet. Quinta:qui homines mundi
habent breuiorem visum? Responsio. H.iij.17. Se-
xta qd̄ est bonum qd̄ homo communi⁹ volēs amittit?
Responsio. H.iiij.1. Septima:quid est in quo facere
credit contra proximū: ꝛ plus ꝛ citius facit contra se-
ipm̄? Responsio. H.iiij.4. Octauo:que sit maior mū-
di rusticitas? Responsio. O.j.1. Item. O.vj.24. No-
na:qd̄ est iustius peccato mundi? Responsio. H.iiij.
7.ꝛ.O.iij.3. Decima:que est maior mundi irrōnabi-
litas? Responsio:odio habere maximos amicos:sicut
patet. O.iij.4. Et. T.v.40. Et. O.iij.8. Vndecima:
qd̄ est peccatum in quo est minor duplicitas ꝛ maior
concordia inter peccatum interius in corde: ꝛ exterius
in opere? Responsio superbia. O.vij.16. Duodecima
in quo puncto minus pro deo faciunt multi:q̄ p quo
cūqꝫ homine. H.iij.5. Et. O.iiij.xj. Et quibus tales
assimilanē. O.iiij.1. Nec sic vos:sed sicut dicē.j. Co-
rinth.iiij. Sic nos existimet homo vt ministros christi
Gratias ago christo:qui hunc tractatū in suo nomine
terminaui:ꝛ quo duce hunc laborem perduxi vsqꝫ ad
christum ducem. Dasl.x.

¶ Summa Predicantium:diuersarum historiarū insitione:doctorumqꝫ tum Theologorum tum
iurisconsultorum auctoritatibus munita. Celeberrimi ac moralissimi sacrarum literarum ꝓ-
fessoris eximij:diuiniqꝫ vbi satoris fructuosi patris Reuerēdi Joannis de Bromy-
art diui dn̄ici ordinis ad vtilitatē verbi dei declamatoribꝫ edita:nupqꝫ diligētissi-
me recognita:ꝛ accuratissime castigata feliciter finit. Impressa denuo p ꝓ-
uidū virū Joannem Stuchs Sumptibꝫ honesti viri Anthonij ko-
bergers ciuibꝫ Nurenbergeū. Anno dominice incarnatiōis
Millesimo quingentesimo decimooctauo:die vo vigesi-
maquarta Mensis Julij.

